Primo quid legis. Non eñ õnia q̃zuis vtilia eque proficiũt Vñ illa intẽtius ⁊ sepius legas que affcm̃ inflammãt: q̃z que in reb⁹ curiosis intellectum illuminãt. Illos aũt libros p̃cipue legas: q̃ vel instruũt te de morib⁹: de extirpatiõe vicioꝝ. ⁊ de exercicijs v̱tutum. Quale eñ habes studium talez tibi formas affectum Vide dyonisium de instructiõe nouicioꝝ. Dyo. de instructione noviciorum

Scd̃o debes attendere quomodo legis. vt scz in certo tp̃e. ⁊ vt lectio nõ nos retineat in se occupatos. sz dirigat ad deuotas meditatiões ⁊ orõnes. ⁊ ille sua dulcedine dirigãt in opus Tercio ad q̃d legis. vt scz ꝓpter puritatem cordis legas. nõ ꝓpter vãitatem: nõ vt scias aut sciaris. sed vt tibi ꝓficias ⁊ alijs. Quare debes semper aliq̃d de lectiõe extrahere quod tuo ꝓposito ↄueniat. q̃d memoriam occupet. ⁊ te ad ꝓficiẽdũ ãmoneat

Quomodo sub missa sũma ⁊ post debet se homo exercere Cap. v.

f

P Ub summa missa intẽtissime debes te in passiõe dñi exercere. iuxta p̃ceptum dñi dicẽtis: Hoc facite in meam cõmemoratioẽm Vide infra de missa in dominicario folio Post missaz ⁊ horã sequẽtem ñ mox exire debes sed in choro manere vacãdo deuotiõi iuxta illud Leui. viij. Manebitis in tabernaculo: obseruãtes custodias domini ne moriamini. Recitando hec quinqz

Post missã gt⁹. veniã. pete. cõtere. liba.

Hoc est p̃mo debes ꝓ spũali cõione grãs agere. Deinde scd̃o ꝓ negligencijs admissis veniam petere. Tercio ꝓ effectib⁹ sacramẽti exorare. Quarto singulariter cibũ sacramẽtalem. p̃sertim portionem diei s͡m quod signatum est infra titulo masticare. Quinto debes illud eterno patri ꝓ te ⁊ tibi cõmissis s͡m dies offerre. vt in scala cõmunionis patz. Post hec dũ ad refectorium pulsatur debes quasi audire

vocē dm̄ te inuitāt, z dicēt. vēite prādere: z sic mor parere z ꝫm oēm modū i fertulario assignatū te bīē qḋ ꝯtinet modū dispositiuū exequutiuū z terminatiuum vt habeꝛ infra.

Qualia exercitia post prādium sint assumēda

p Ex stultū cibo saciatum Ca. vi.

N moueꝛ terra. ꝓuer. iiij. Jā assignāda sūt exercitia post prādiū assumēda. Ubi in p̄mis notādū ꝙ Hugo docet tūc p̄serti hoiēm in ꝯpūctiōe exercēdū. z torpidā ociositatem repudiādam. Unde ad cellam veniens hec tūc exercitia assumes.

Priꝫ discutias. renouesq; nouissiā voluas

Hoc ē p̄mo debes teipm discutere si etiā q̄ an̄ prandiū ꝓposueras obſuaueꝫ. Nō em̄ satꝫ erit ei q̄ vere ꝑficere velit semel in die ꝯsciām ꝑlustrasse. ymmo vt q̄dā ait ōni hora illi intēdere ope p̄ciū eēt. Scḋo vbi īueneris te a ꝓpositis declinasse debes dolere et rursus eadē īnouare: grauiorē si excesserꝫ pniāz tibi īponēdo. Tercio vt ā̄plius ꝯpūgaris. debes rosaria diei p̄sertim de nouissimis ad mētē reuocare: vt per hoꝝ memoriā stult⁹ cibo saciat⁹ ne terrā tuā moueat repmaꝛ. Uide infra.

De labore manuali z īductis ad eūdē. Ca. vij.

c Jbaria z ꝟga z on⁹ asino. pāis z disciplina z op⁹ ꝫuo Eccl. xxxiij. Seru⁹ iste cor

R p⁹ ē datū spūi ad ꝫuiēdū: qḋ n̄ opprimaꝛ laboris onere spūi dn̄ari vult maxie p⁹ prādiū qn̄ sanguis est in suo feruore. Un̄ liquet ꝙ necāriū est labori manuū p̄serti ſcō prādio insistere: ꝓpter hec nonem.

Es fragil. plen⁹ vicijs. vag⁹ z minuūꝛ.
Ammoēt. absoluit. reficit. cōpūgit z optat

Pmo debes op⁹ manuale arripe z laborare qꝛ es fragilis. z n̄ āgel⁹ q̄ sp vtiꝛ cibo spūali: ne forte tedio vict⁹ iā etiā ex toto reliq̄s spūale exercitiū. Sic em̄ docuit āgel⁹ magnū Anthoniū. Scḋo qꝛ es plenus vicijs z ꝯcupiscētijs: q̄s opꝫ vt labore vincas Jn desiderio em̄ est ois ociosus. Tercio qꝛ es vag⁹ z cor tuum valde instabile. z hic in̄ q̄si nauicula in fluctibꝫ maris quatiꝛ diuersꝫ affectibꝫ: igiꝛ vt q̄dā illḋ figas opꝫ anchora. pōdere videlicꝫ opis manualis. Quarto qꝛ sic minuūꝛ tibi tēptatioēs dyaboli Nā occupat⁹ vno. ociosus ꝟo innumerꝫ demōibꝫ ipugnaꝛ. Qui° qꝛ labor āmoēt te vtiliter de loco vbi dn̄s te posuit vn̄ cecidisti Nā ibi cōstitut⁹ in q̄etꝫ pleitudīe n̄ te cū labore optuit opari Quotiēs igiꝛ māibꝫ oparꝫ: totiens ammōeris de culpa trāsgressionis. Sexto qꝛ te absoluit z liberꝫ reddit: ne sit tibi op⁹ alijs applaudere z alioꝝ opes desiderare aut ꝓ eis orare. Septio qꝛ reficit. Per op⁹ em̄ acq̄rꝫ vn̄ paupibꝫ possis impetiri z eos reficere. Octauo qꝛ cōpūgit. i. cōpūctioēm pcci inducit ꝫm bernardū. Nono qꝛ facit optare regnū celoꝝ: z illuc tendere vbi te nō opteat laborare sꝫ tm̄mō vacare z videre qm̄ suauis ē dn̄s

Mod⁹ z exercitia sub labore §. i.

Aborem debes oratione preuenire z recta intētione Jn labore autem his tribus debes te exercere.

Esto fidelis. p̄cellēs. cor surrige crebro

Pmo debes fidelr̄ z cū diligētia opari Maledict⁹ em̄ q̄ facit op⁹ dm̄ negligēter. Caue tn̄ ne iportune laborās spm̄ extiguas sed cū disretiōe cūcta agas. Scḋo esse debes in ope p̄cellēs: iuxta dcm̄ sapiētis. Jn ōnibꝫ opibꝫ p̄cellēs sis Jlle em̄ rem bn̄ facit qui nihil negligit qḋ stat⁹ z ordo reꝝ req̄rit. Tercio erꝫ deuot⁹ crebro cor ferēs i altū hoc mō.

Erigo. cōmēorās. cano scōs. defleo praua

Pmo em̄ debet mētem erigere ꝑ crebra suspiria. z more priū ātiquoꝝ iaculatorias orōnes formare Scḋo debet mecōrari articloꝝ vel nouissioꝝ ꝫm dies vt īfra ptꝫ. Tercio poterit dulce q̄ppiā z deuoti aliq̄d cātare. vt vult Aug⁹ in de ope mōachoꝝ. Quarto pt affectū in scōs ꝫm ferias dirigere. Quito ꝓ vicio illi⁹ diei extirpādo ingemere z exorare Et ne cor his modis eleuare negligat: tpa horologij sibi cōstituere debet. Jn fine āt opis dum cessandum ē debet de negligētia dolere: z op⁹ actū cū dn̄o ihū offerre dicēdo. Cōsummatū est. Placeat tibi deus z sic de alijs. Js modus opandi domi ꝫuād⁹ ē. p̄ꝫtim inter scribēdū: de cuius laude Gerson tractatū edidit ponēs hos ꝟsus.

Predicat. atq; studet scriptor. largiꝛ. z orat
Affligit. sal dat. fontē. lucēq; futuris
Ecclesiā ditat. armat. custodit. honorat.

Pmo em̄ scriptor frequēs libroꝝ doctrīne salutaris manu p̄dicat qꝛ alijs materiā ministrat Et si parem aiārum zelum hꝫ aureolam mereri p̄t. Scḋo sitꝫis ē scrutāti studiose vel legenti doctrinaliter: qꝛ scribendo doctores docet. Tercio largiꝛ elemosinam nedū corpalem sed spūalem: inscios instruēdo. Quarto orandi materiam sibi z alijs ministrat. qꝛ in solitudine sedet: dei z scōꝝ voces audit. vere ꝯtemplationem pascēs. Scḋo affligitur scribēdo: z pniam agens ꝓ pccis suis z aliorum satisfaciēs. Sexto sal sapie posteris ministrat. q̄ oīe op⁹ ꝯdiri debet. Septimo aperit fontem sapie. z fontem aque viue saliētꝫ in vitam eternam. Octauo lucem futuris subministrat. tot donās stellas q̄t scribit syllabas. Lucerna ei pedibꝫ meis ꝟbū tuū. Nono ecclam ditat Libri em̄ sūt eccle thesauri. Boi libri faciūt filios eccle bn̄ doctos S

Decimo armat turrim dauid cum ꝓpugnaculis: mille clipeis ignitis. gladio verbi dei. sagittis acutis. Undecimo custodit eccl'am ne heretici eam vincant: etiam religionem eccl'e conseruat. Duodecimo honorat eccl'am suam matrē: ymmo z deū p̄rē. Et sapiām elucidat vñ vitā habebit.

De labore externo. §. scd's.

Labor autem rusticanꝰ vel labor messis non est respuēdus a religioso sed deuote amplerandus. quemadmodum docet magister Gherardus groot sup illo v'bo eccī. vij. Nō oderis opa laboriosa z rusticitatem a deo creatam. dicens Generosos animos labor nutrit. Et nō est viri ait seneca timere sudorē. Porro in laborando habebit se p̄mo vigilanter ad seipm̄. fidel'r sez laborando. iuxta illud scd'e thymo. ij. Labora sicz bonꝰ miles x̄pi. Scd'o habebit se deuote ad deū sm ea q̄ supra signata sūt. mētem eleuādo crebrius: maxie sm Bernardum. cām laboris ꝯsiderādo in labore. aut iuxta Jhero. deū in creaturis cōtemplādo. vt sic mel de petra sugat. oleūqz de saxo durissiō. Tercio hēbit se social'r ad proximum. dulciter. s. ei colloquēdo. eiꝰ offer. sā p̄cauēdo. z inuicem recreādo cum disciplina tamē summa. Jocundus eñ socius: labori alleuiamētū est. Jn terminādo aūt laborem gere te velut ante signatum est.

Deuote autem vesperas exsoluas. Nam legale mandatum esse constat: vesptinum sacrificium matutino pinguius esse debere. Post vesperas non leuiter a templo abcedendum est z ad fabulas properandum. iuxta illud primi regum duodecimo. Nolite recedere a tergo domini. z nolite declinare post vana que non proderunt vobis. neqz eruent vos qz vana sunt. Sed debes te tunc in compunctione z interna meditatione exercere. z presertim pro beneficijs illius diei gratias agere. vt patet infra in beneficiario. vel a sanctis diei mendicare. cuius praxis infra habetur. De cena autem. completorio. examinatione conscientie. z dormitione infra habes.

Incipit ꝓlogus in directorium soluēdarū horarum. Titulus quartus

Filij mei nolite negligere. Vos enim elegit dominus vt stetis coram eo. z ministretis ei z colatis eū. z cremetis ei incēsuz scd'i pali. scd'o Dicturi d' exercitijs quibusdam in specie. p̄mū de exercitio diuine laudis congruit dicendum. Ait eñ vñrabilis ille Johēs gerson in consideratioñ suis in studēdis libris: q' si quis rite singula diligenter perspiceret. proculdubio inueniret q' nihil sic primum. nihil sic principaliter religioso incumbit sicut hoc vnicum. vt scilicet seruicium dei digne adimpleat. id est ecclesiasticum officium. Sic quippe persepe in regulis monachorum nominatur. vnde singularis ei de hoc cura erit. Ad quod z verba premissa regis ezechie cohortantur. vnde z de hijs quedam dicenda.

Dicit enim wilhelmus parisiensis in rethorica sua diuina. Magna prorsus z execranda stulticia ignauia et negligentia clericorum: qui cum officio orandi consecrati sunt z addicti. addiscere tamen z scire non curant. qualiter id exequendum. Cui similis ignauia in nullo hominum genere inuenitur. Nemo enim profitetur aliquod officium. cuius non z velit z studeat habere periciam. preter clericos solos: qui clericalis officij tam pij tam honorabilis tamqz salutaris ignorantiam. nec verentur nec metuunt nec erubescunt. Admonendi igitur z modis omnibus exhortandi sunt atqz docendi qui clericali officio funguntur: vt sue professionis officium discant agere. z per omnia laudabiliter adimplere. Quis etenim est qui non sui officij percupiat artem. ! Quis velit esse patronus et aduocatus z nescire aduocandi officium ! Monachi autem officium vt Jheronimus ait. est sua z aliorum peccata deflere. dei laudibus z orationibus z sacrificijs intendere: ac per hec populum deo reconsiliare. Propter quod z stipendia ecclesiasticorum beneficiorum eis constituta sunt ex magna parte. Agendum itaqz est nobis z omnimodis laborandum: quo diuini cultus pensum digne domino reddamus. Maledictus enim est: qui facit opus domini negligenter.

Ut autem digne hoc possimus agere: tria

potissimam circa illud conuenit inquirere.

	p̄parandi		nos dispōere.
scʒ modū	ꝓsequēdi	quō debe⁹	horas exoluere
	terminādi		eas finire

Quaʒ necessaria sit preparatio añ horas.
Capl'm p̄mum

B

A nte orationem prepara animam tuā ne sis quasi homo temptans deum. Ecclesiastici. xviij. Dicitur in speculo monachorum Priusq̃ʒ incipiatur officium: preuenire studeas vt cor tuum ad aliquam deuotionē excites Ideo em̄ tam tepidi ꝛ desides sumus in diuino officio: quia ante non sumus in aliquam deuotionem excitati. Et ergo ita eximus sicut intrauimus frigidi et dissoluti. Debemus ergo nos ante orationem preparare Nam huiusmodi p̄paratio est multipliciter a sanctis persuasa. ꝛ est multum decens vtilis ꝛ necessaria. Primū passim in eorum scriptis et in ante dictis liquet. scd̄m id ē decentiam externa exempla persuadent. Si em̄ reus ante sententiam iudicis diligenter precogitat quomodo poterit eum ad misericordiam flectere. pauper elemosinam petiturus premeditatur qualiter diuitis cor ad pietatem valeat emollire. aduocatus qualiter suam causam peragere. sponsa quibus modis sponsi sui alliciat amorem. qua fronte. qua audacia aut presumptione audebit homo sine premeditatione aut preparatione preuia sacra resonare verba. coram summo iudice reus accedere. coram summa maiestate etiam angelicis spiritibus expauescenda assistere impreparatus? Decens ergo preparatio ista. Tercium autem id est vtilitas eius vel maxime ex hoc patet. quia multum valet ad hoc q̄ oratio exaudiatur. iuxta illud psalmiste. Preparationem cordis eorum audiuit auris tua. De quarto autem id est de necessitate huius. Hugo in suo de orōne dicit. Sic orationi sancta meditatio est necessaria. vt perfecta esse nequeat si non eam precedat aut concomitetur. Hinc est q̄ predicatores et quidam alij ordines tempus habent ante chorum preparatorium. quo se disponere iubentur Hinc ꝛ regularibus lectionis tempus ante deputatum est. Hinc et Gerson in de mistica theologia suadet vt homo omnibus intermissis paululum se ante disponat.

Triplex āt huiusmodi preparatio potest assignari

	remota		bene viuendo
scʒ	ꝓpinq̄	hec fit	ꝓfunde cōsiderādo
	proxima		feruēter orando

C

Prima inquam dispositio generalis et remota fit bene viuendo. vt scilicet religiosus semper a vanis quibuslibet (in cogitatione loquutione ꝛ actu) precaueat ne in oratione occurrant. Hanc docet Beda venerabilis in omelia dicens. Multum iuuat ad orationis puritatem. si in omni loco et tempore nos ab actibus temperemus illicitis: si semper ab ociosis sermocinationibus auditum pariter castigemus ꝛ linguam. Quecunqʒ enim sepius agere loqui vel audire solemus: eadem necesse est ad animum quasi solitam propriamqʒ recurrant ad sedem etcetera. De hac quoqʒ preparatione pulchre agitur in nona collatione patrum. vbi sex aut septem ponūt p̄paratorū gd⁹.

De predispositiōe ꝓpinqua ꝛ speciali.
Membꝝ scd̄m

D

S ecunda est predispositio specialis et propinqua que fieri debet iam instante officij hora. diligenter mentem recolligēdo et considerando agenda. Dicitur enim in collatione abbatis ysaac. Quales in oratiōe nos volumus inuenire: tales nos ante orationis tempus preparare debemus. Ex precedenti enim statu mens in oratione informatur. Et idcirco quicquid volumus vt nobis orantibus non occurrat. ante orationem de nostro pectore hoc euellamus. Quicquid enim ante horam orationis mēs nostra concipit: necesse est vt hoc orantibus nobis occurrat. Hinc ante secundum signum sequentia considerare debem⁹.

Ante choꝝ q̄d sis facturus mēte reuolue.
Quid trahat attēde. corāqʒ parato deo.

	q̄d debeam⁹ agere
Debe⁹ em̄ cōsiderare	q̄d debet nos īducere
	quō debea⁹ nos dispōere.

Primo igitur considerandum est quid debeamus agere. vt cum operis agendi arduitatem cōspexerimus mens ad sui dispositionem excitetur. Dicit enim Bonauentura. Discretionis est. agenda queqʒ preuia deliberatione metiri. ꝛ non agenda cauere. Quia qui de futuro nihil premeditatur. in omnia incidet incautus. Ad hoc quoqʒ hortamur p̄mi regum. xxv. Considera ꝛ recogita quid facias. Quid enim tempore diuini officij debes agere nisi in conspectu dei ꝛ angelorum in congregatione ꝛ consilio iustorum ꝛ fratrum sanctorum as/

sistere. Et potissime tria hec in genere agere.

	deū latrie colere		christi misterijs.
scȝ	grās ei agere	sup	collatis bñficijs
	clementiam eius exorare pro te ⁊ tibi commis sis.		

Un̄ ṽsus:

Laudo colēs dñ3. g̃tes ago. feruid⁹ oro

Scd̄o considerandum te quid debet inducere. Ait enim sanctus Thomas de diligendo deum. Antecedit naturaliter ⁊ necessario dilectionem cognitio. quia vires sunt ordinate: ita ꝙ nihil scd̄m Augustinum voluntas diligit nisi quod intellectus cognoscit. Sic etiam pari modo nullus actus voluntatis deuote agitur qui non per considerationē preuenitur. Et loquitur hic naturali via. Hinc q̃ deuote actus illos presignatos volet agere. primū oportet que ad hec moueant premeditari.

Sunt autem plura ad agendū act⁹ p̄dictos nos excitantia.

	laudatiōe		dignius
Quia	grāꝝ actiōe	nihil ē	iustius
	oratione		vtilius aut necessarium magis.

Hec prosequuta inuenies in secūda pte speculi moralis circa finem: ⁊ in summa virtutum. Uerum qm̄ singularia plerumq3 obiecta magis mouent. Ideo breuib⁹ annotanda sunt quedam obiecta singulorum horum actuum singulariter motiua. Quia

	laudandum		christi misterijs
scȝ	regraciādū	est sup	singl'arib⁹ bñficijs
	orādū est p vicijs ⁊ virtutib⁹		

Nam vt de singulis his assignemus pauca: notandum p̄mo ꝙ licet vt in p̄fectib⁹ dicitur ampla sit diuine laudis materia. singulariter tamen de⁹ laudandus est sup ⁊ p̄pter christi misteria id est sup ⁊ p̄pter incarnationis ⁊ passionis christi opera Iuxta illud psalmiste. Et adorabunt de ipso semp. Qd ⁊ dauid se fecisse testatur dicens Septies in die laudem dixi tibi: sup iudicia iusticie tue. Itemq3 Media nocte surgebam ad confitendum tibi sup iudicia iustificatiōis tue. Que oro alia iusticie ⁊ iustificatiōis hec sunt iudicia nisi incarnatiōis ⁊ passiōis christi misteria. Que Bernardus ⁊ deuotarij ceteri singulariter in laudem suadent assumenda. Quapropter infra in fine cyropsalterij certa ex his obiecta scd̄m ferias ⁊ horas variata assignauimus p laudis materia. Secundo ad gratiarum actionem licet innumera sint motiua: magis tamen illa beneficia mouent que homo videt singularius sibi indulta. Unde ⁊ aliqui singulis horis canonicis singula beneficia assumunt. domino gratias agentes super eis. precipue dum canunt Gloria patri ⁊ filio ⁊ cetera. Et hinc in fine cyropsalterij sunt de singulis beneficijs puncta distincta: pro sic se volentibus exercere. Tercio orationis q̃ꝗ; plurima cuiq3 pro sua necessitate ⁊ obligatione motiua occurrant: efficatius tamen homo ad intente orādū mouet̄ dū singl'is horis singl'a quedam certa habuerit expetenda. Et pro hoc plurimum valent septene infra posite. in quibus magni illi viri puta Bonauentura Hugo ⁊ Gerson se exercitare solebant. vt ex eorum scriptis probabile est. Et licȝ aliquibus parum aut nihil exercitatis multa hec videantur ac per hoc ⁊ respuenda: experiantur cōsulimus prius tempore aliquanto. ⁊ videbunt experientia docti ꝙ horum multitudo animū nō dispergat sed recolligat magis.

Tercio principalius est inquirendum quomodo se homo disponere debet. Nam quomodo se homo preparauerit ita se iuxta carthusiensem quemdam inueniet in oratione. Postquam igitur homo superiora illa duo consperexerit consideranda debet se dare ad preparationem sui cordis Iuxta illd̄ samuelis. Preparate corda vestra domino. ⁊ seruite illi soli. Oportet autem (vt postea dicetur) horas dicere reuerenter. attente ⁊ deuote. Quod qui efficere volet: ante ad hoc vt se paret oportet. Debet ergo per hec tria mentem p̄pare.

Scilicet mentem purgare a vicijs vt possit digne deo assistere.

Scilicet mentem recolligere a distractiōib⁹ vt possit attente horas dicere.

Scilicet mentem succendere a torporib⁹ vt possit deuote deo psallere.

Unde versus.

Purus. collectus. tēplū succēsus adito

Nam ꝙ oraturus mentem ante debet purgare iubetur exodi. xxx. vbi sic dicitur. Facies labiū eneum cum base sua ad lauandum. ⁊ missa aqua lauabunt aaron ⁊ fratres eius man⁹ suas ⁊ pedes quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij. Quibus verbis vt Comestor ait signatur. ꝙ ecclesiastici priusquam ad diuina accedant sese contritionis ⁊ doloris lauachro abluere debent. vt sic immaculato deo immaculati ministri assistant. ne cōqueri dominus habeat. Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper: eo ꝙ impuras scilicet manus leuent. Melius est enī iuxta Augustinum spiritualia omittere q̃3 impure ea tractare. Secundo debet mentem recolligere scd̄m illud. Contine ⁊ congrega cor tuum in

sanctitate omnes scilicet curas externas secludendo. distractiua quelibet abijciendo. ⁊ mentem ad sese recolligendo. vt sic deo cum dauid dicere possit Inuenit seruus tuus cor suum vt oraret te.

Tercio debet mentem ad deuotionem succendere. Psalmista. In meditatione mea exardescet ignis Qui enim vult ignitas deo preces reddere: debet prius necessario mentem pijs meditationibus ignire. Iuxta em̄ ligna silue: ignis exardescit Unde ante horas debet homo articulum aliquem meditandum assumere. Aut vt vult Hugo in proprie miserie ⁊ diuine misericordie contemplatione se exercere: vt sic possit mentē ignire ⁊ ad deuotionem inflammare. Et hec de altero preparamēto.

De tercia predispositiōe q̄ prima est
Membrum tercium.

E Ercia predispositio est proxima: frequenter scilicet orando. Nempe cum nulla sit humane exercitationis industria nisi dei assiterit gratia. de nobis totaliter diffidentes posteaquam predicta exegimus ad tercium nos scilicet orationis preparamentum diuertamus. deum scilicet suppliciter exorando. vt digne ei suum pensum exsoluamus. Quare mox vt pulsum chori audieris omnibus (quantum vis etiam vtilibus) sepositis gaudens ad chorum properabis: exemplo dominici equi de quo in iob dicitur Ubi audierit bucinam dicit vah. Sic ⁊ tu temetipsum exhortans: tibi dices. Hoc signum magni regis est eamus ⁊ inquiramus eum. ⁊ offeramus ei aurum deuotionis. thus deuote attentionis. mirram acerbe ⁊ reuerende stationis.

Sic autem ad chorum properando hec servr ficies.

Occurrēs. legito. cole. psallas. dirige. credes

Primo em̄ pio aliquo affectu debes domino tuo occurrere. Qui effectus plenius infra habentur in scala communionis ⁊ in profectibus. Qui possent mutari persingulos dies scd̄m singulas dominice orationis petitiones: nunc in persona rei. nunc infirmi. nunc mendici. ⁊cetera. Et hoc enim post deuotior homo erit. Sic sanctus Franciscus facere solebat. vt ex eius orationibus patet.

Secundo poteris aliquid legere inflammatiui. vt horas de sancta cruce: aut mentem quibusdam seraphicis verbis excitare. vt dicendo. Ecce venit dominator dominus ad templum sanctum suum. Gaude et letare syon occurrens deo tuo. Uel. Rex omnis terre deus: Psallite sapienter. ⁊cetera huiusmodi. Tertio chorum ingressurus Cole. id est iuxta Bernardum reuerere omnium fluctuantium cogitationum tumultus foras relinquendo: calciamenta de pedibus soluens. Et exemplo abrahe asinum cum pueris illic dimitte. precipiens vt te ibi expectent. Sicque loci altitudinem conspectans dices. Ingrediar in locum tabernaculi ammirabilis vsque ad domum dei. vt pulchre docet Bernardus in sermonibus de diuersis. Itemque. Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Indeque coram sacramento venerabili reuerentissime inclinans. dominum tuum latrie cultu cole dicens Deus meus es tu ⁊ confitebor tibi: deus meus es tu. ⁊ exaltabo te. Tibi laus tibi gloria tibi gratiarum actio. Te iure laudant te adorant. te glorificant omnes creature tue. ⁊ sic de alijs. Quarto pulsans campanam affectum tuum dilata: vt per hoc omnes ad dei laudem inuites. dyabolum fugites. ⁊ deum in varijs instrumentis laudes.

Quinto ad stallum veniens intentionem tuam formare debes dicendo. In conspectu angelorum psallam tibi. Ad laudem gloriam ⁊ gratiarum actionem summe gloriose ⁊ indiuidue trinitatis ⁊ humanitatis ihesu christi. in vnione omnium superferuentissimarum affectionum ⁊ orationum domini mei ihesu christi (olim in terris ⁊ nunc in dextera patris pro nobis interpellantis) deo patri acceptissimarum plenitudine omnium sensuum quos intendit spiritus sanctus. in vnione quoque omnium laudum ⁊ orationum quibus colitur omnipotens deus hac hora in celis ⁊ vniuersa terra. in honorē ⁊ venerationem gloriosissime virginis marie ⁊ omnium sanctorum (presertim huius vel illius sancti scd̄m ferias vel festa) pro salute quoque vniuersalis ecclesie. pro peccatis delendis. pro venia impetrāda. desidero has exsoluere laudes vtinam vel possem dignas. Et hic posset homo interere obiecta vite ⁊ passionis christi. ⁊ annectere virtutes ⁊ vicia scd̄m septenas infra positas. quod vtile est valde. Et maxima vis in hac intentionis formatione consistit. nam ipsa toti orationi meritum imponit. vt Ambrosius ⁊ docti aiunt. Que cum ardenter fuerit premissa: excusat etiam a distractione nō affectata inter orandum admissa vt quidam volūt

Sexto debes credere firmiter te in conspectu dei astare ⁊ sic fidem actuare. Sic enim orare debet iuxta Bernardum. qui orat. tanquam presentatus est ei qui sedet super excelsum thronum ⁊ solium stellatum ⁊cetera. Unde ⁊ sic se in omnibus habere debet tanquam si coram deo ⁊ in medio angelorum

ram assistat: ⁊ deuote oculos claudens se integraliter ad vota reddenda a principio ipso diuertat. Nisi enim a primordio orationis totum se quis ad hoc diuerterit: vix reliquum bene complebit. Modicus enim error in principio: magnus secundum Aristotilem fiet in fine. Nam ⁊ virtus principij in his que sequuntur relucet: ⁊ posteriora concreta a feruido principio virtutem sortiunt.

De modo horas exsoluendi.

Capitulum secundum

F
Ic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi.

f Psalmista. Dictis paucis de ⁊ super modo se preparandi. dicenda sunt quedam de modo horas exoluendi. De quo sanctus Basilius. Est inquit diuinum auxilium implorandum non remisse nec mente huc illucque vagante. eo quod talis non solum non impetrabit quod petit. sed deum magis irritabit. Oportet itaque diuinum officium toto hominis nisu adimpleri. vt scilicet homo secundum se totum illi intendat perficiendo. Totus autem homo tria in genere in se habet ex quibus necesse est orare

Habet enim in se

	sensitiuas		reuerentiam	vt sic ex
vires	intellectiuas	de quibus debet	attentionem	se toto
	affectiuas		deuotionem	psallat

His reuerens. sit attentus. deuotus in horis

De reuerentia sub diuinis habenda

Membrum .i.

G b Abemus gratiam per quam seruiamus deo cum metu ⁊ reuerentia. Hebreorum xij. Non legimus ait humbertus christum in vita ista tantam iram per zelum ostendisse. quantam ostendit pro irreuerentia domus dei. Iuxta illud. Zelus domus tue comedit me. Valde itaque omnis irreuerentia ⁊ sub diuinis maxime est proscribenda. ⁊ cum summa reuerentia ⁊ metu diuinis est interessendum, propter hec septem.

Angelus. deus. ossa. cibus. socij. locus. actus.

Primum reuerentie inductiuum est. angelorum frequentia: qui hic ciues visitant suos. Preuenerunt enim principes coniuncti psallentibus. Secundum est dei ipsius presentia. qui inhabitat locum illum. Iuxta illud Exodi. xxv. Facient michi sanctuarium ⁊ habitabo in medio eorum. Et apocalipsis. xxi. Ecce tabernaculum dei cum hominibus ⁊ habitabit cum eis. Perpendat igitur qui poterit quanta reuerentia dei presentie sit assistendum. coram quo etiam contremiscunt columne celi. Tertium est sanctorum quorum ossa ⁊ reliquie ibidem continentur assistentia qui inuigilant psallentibus. vt dicitur canticorum octauo. Que habitas in ortis: amici auscultant te. Quartum est cibus id est christi sub sacramento venerabili vera ⁊ realis continentia coram quo exemplo dauid est omni reuerentia ⁊ totis viribus psallendum. Quintum est socij id est fratrum assistentium sanctimonia. Ipsi enim sunt templa ⁊ thronus dei ⁊ principatiue dij dicti. Vnde ab eorum offensa ⁊ scandalo valde ibi precauendum. Sextum loci ipsius sanctitas. quam in dedicatione suscepit: ⁊ qualitas loci ipsius. Nam terribilis est locus ille. vere porta celi ⁊ domus dei. Septimum est actuum quos illuc agimus dignitas. Magna quippe est secundum Vincentium operum illorum dignitas. vbi deus honoratur verba tam sacra recitantur sacrificia talia immolantur. que omnia summa reuerentia sunt agenda. Patent igitur inductiua.

Sed iam videndum qualis erit reuerentia ipsa. Vbi notandum quod erit interna ⁊ externa. Interna in hoc consistit vt cum timore ⁊ humilitate tanquam deo presente psallamus ⁊ vt non nisi purgati in eius conspectu vt vult Bernardinus appareamus. vt ab eius offensa precaueamus. ⁊ vt in omnibus nos deprimentes ipsum superexaltemus. Ecce hec sunt reuerentie interne signa. ⁊ ad eam requisita. Exterior autem reuerentia circa externa quedam versatur. Ad quam Bernardus super cantica pulchre exhortatur dicens. Moneo vos dilectissimi pure semper ⁊ strennue diuinis laudibus interesse. Strennue quidem. vt sicut reuerenter ita et alacriter domino assistatis. non pigri. non somnolenti. non oscitantes. non parcentes vocibus. ⁊ cetera. Vbi insinuat quod plura ad reuerentiam concurrunt. scilicet. sex.

Sensus. corporalis. curuens te. vestes. cante. mores.

Primum est sensuum exteriorum cohibitio. Iuxta illud Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum et clauso ostio sensuum. s. exteriorum. ora patrem tuum. Alioquin eorum euagatio denotat mentis euagationem

Sunt itaqȝ ab euagatione restringendi: ⁊ demissis
aut clausis oculis est psallendum. Scd̄m est re
uerentialis tam habitus q̃ȝ corporis ⁊ manuū com
positio: vt pulchre prosequitur. Bonauentura in
speculo disciplinę. Tercium est vt te curues re/
uerenter inclinando aut ganuflectendo pro tempo
ris exigentia: iuxta illud ysaye quarto. In memet
ipso iuraui quia mihi curuabitur omne genu. In
qua inclinatione scd̄m Bonauenturam hec sunt
obseruanda.

	tempestiua.
	deuota.
vt sit	sufficiens:
	honesta.

Quartum est alacris statio Iuxta illud actuū
Sta super pedes tuos rectus Et ezechi.ij. Fili ho/
minis sta sup pedes tuos ⁊ loquar tecum. Turpe
enī ē ait Bonauentura molliter ibi stare aut remis
se. aut quasi fractis renibus lecti molliciem require
re stallis appendendo. Memor igitur esto crucifixi
pendentis sine capitis spinati reclinatione Sta au
tem ad laudem dei. ad reuerentiam angeloruȝ. ad
exercitationem corporis. ad edificationem alioꝝ.
⁊ ad demonum terrorem horrentium feruorem et
deuotionem. Quintum est cane. scilicet sine ces/
satione ⁊ tedio laudes diuinas. iuxta illud ysaye vi
cesimoctio. Bene cane frequenta canticum.
De modo autem ⁊ inductiuis alacriter cantandi
Bernardus super canti. ⁊ alij plures scribunt
Sextū mores ḡues hēas In populo em̄ graui ē
laudandum: qui excludit inquietudinem dissoluti
onem ⁊ tumultum.

De attentione in horis habenda ⁊ concernen
tibus eam. Membꝝ scd̄m.

H p Sallam spiritu psallam ⁊ mē/
te. prime choꝝ.xiiij.

Ysidorus Oratio cordis est non labioꝝ
Neqȝ enim sonum orantis deus intendit sed depre
cantis cor aspicit. Unde ⁊ apostolus formam orā/
tibus prebens ait. Psallam spiritu id est spiraculo
oris diuina verba proferendo. Psallam ⁊ mēte id
est mentis intelligentia eisdem intendendo malēs
quinqȝ verba proferre sensu suo. q̃ȝ decem millia in
lingua. sine scilicet attentione. Nam sine ea pro
derunt nihil. Unde oportet vt cum attentionis se
dulitate diuinum officium exoluamus Oratio em̄
est quasi familiare colloquium cum deo. Con
sideret itaqȝ fidelis anima q̃ȝ reuerenter humiliter
⁊ attente debet loqui cum summo principe. q̃ȝ ti/
moratē cum equo iudice. q̃ȝ familiariter cum tali
amico. q̃ȝ dulciter cum dulcissimo sponso A distra
ctiōe āt habemꝰ q̄nqȝ retractiua.

Displicet illa. nocet. priuando. placet. satan. ardet.

Primo distracta oratio plurimum displicet
deo: cui multas iniurias facit. Augustinus. Non
breui crimine tenetur astrictus: quisquis in orati
one cum deo loquitur ⁊ subito ab eius aspectu re/
trahitur quasi ab oculis non videntis aut non au/
dientis Et Hugo. Non orat sed subsannat potius
⁊ ad iracundiam prouocat deum: qui cum ante cō
spectum eius quasi postulaturus aduenerit. subi/
to se ad alia que non ad rem pertinent replicando
conuertit. vt patet ex sensibili exemplo. Bernar/
dus. Magna peruersitas immo magna insania.
vt quando cum domino maiestatis loqui presumi/
mus. mox inconstanti mente in oratione aurem a
uertimus. ⁊ ad nescio quas ineptias conuertimꝰ
Idcirco magnam iniuriam deo facio cum ipsum
precor vt precem meam audiat quam ego qui fun/
do non audio. sed quod deterius est immunda et
vilia in corde versando fetorem horribilem eius as
pectibus ingero. Hinc est quod dominus conque
ritur. Populus hic labijs me honorat. cor autem
eorum longe est a me. Scd̄o distracta oratio
nocet tam subiecto proprio q̃ȝ vniuerso dei populo
vt declarat dominus Theodricus herxen in de re/
medijs. Tercio priuat fructibus orationis tribꝰ
qui sunt mereri exaudiri ⁊ refici. Bernardus. Duȝ
non attendo ꝑdo que dico. Quarto dyabolo pla
cet Caueamus igitur ne illi placeamus. Quito
talis ardet in purgatorio. Obligat em̄ ad penam.
vt patet de sancto seuerino. post cuius mortem ap
paruit nubes ignea ignitas guttas in eum distil/
lans. eo ꝙ solitus erat interrumpere ⁊ inattente di
cere officium diuinum. Eya igitur hec reuoluamꝰ
⁊ ab omni distractione precaueamus: presertim cū
grauissima ad hec icimēta habeamꝰ.

Nam attentio in oratōne a quibusdam quasi
necessaria assignatur Unde ⁊ precipitur in virtute
obedientie extra de celebratione. caplo dolentes.
Ut hore dicantur attente pariter ⁊ deuote. Ubi
tamen Hostiensis dicit. Precipimꝰ q̄dē ꝙ hore di
cātur ad attētionē ⁊ deuotionē Et si suadeamꝰ ea n̄
tn̄ in ꝑcepto pōimꝰ: solū caueat q̄s dare aut pone
re obstacula. Nutrit q̄qȝ hāc sollicitudinem ꝟbum
Bernardi de modo psallendi ita dicentis. Pure
psallatis vt nil aliud dum psallitis q̃ȝ quod psal/

psallam spiritu cf. i.

litis cogiteris Super quo tamen ꝛ aliis verbis pl'
cherrime scripsit Gerson i ꝺ sollicitudine ecclesiasti
ca dicens conclusiue ꝙ materia orationis cadit ṗn
cipaliter sub precepto. Et de hoc Bernardus Om
nium que ibi dicuntur vsqꝫ ad vnam litteram se ꝑ
certo nouerit debitorem: vel dicendi in choro suo.
vel in altero audiendi.

Ut autem homo attente psallere possit ne/
cesse
euagationis cās secludere — pātheologia
hꝫ attētiōis ipedimēta vitarē — ꝺ qb⁹ i iure
ei⁹ adiumēta assumere — sequētib

Ennumerantur in clementinis extra de celebra
tione missarum septem attentionis impedimenta
scilicet dicere horas currenter. sincopanter. extra
nea miscendo. tarde veniendo ꝛ ante finem exeū/
do. impedimenta sibi assumendo. prorsus tacen/
do. extra ecclesiam horas sine necessitate legendo.
Et sunt hec septem diligenter cauenda. quia sunt
septem phialis iracundie dei. de quibus in apoca/
lipsi agitur comparata. Et habentur in quodam
tractatu intitulato. Septies in die ꝛcetera
Porro attentiōis ꝓmoria sūt sex.

I Claudens. obsistas. pete. volue. pre/
mas. memorando.

Primum est ꝭm Gersonem sensuum cohibi/
tio Clausis enim ianuis dominus ꝛ pacem ꝛ spiri
tum sanctum discipulis dedit. Secundo obsistas
dyaboli temptamentis a principio: ꝛ sic fugiet a te
Principiis obsta. Tercio pete quia ꝭm Gerso/
nem non modo oratio est premittenda pro attenti
one: sed ꝛ concomitari debet. vt ante initium cu/
iuslibet psalmi pro eius intellectu oretur. Iuxta il
lud Os meum aperui ꝛ attraxi spiritum Quarto
volue ꝛ crebrius memorare que attentionem iuuāt
dei scilicet maiestatem ꝛ presentiam Basilius epis
copus Quomodo obtinebit quis vt in oratione sen
sus eius non euagetur? Si certus sit ante oculos
assistere deum. Quinto premas digitos fortiter
dum canis: de quo infra latius. Sexto memora
re obiecta passionis ꝛ vite christi: vt vel inhereas
illis. Sic aues venatrice vinculis ꝛ carnis ostensiō
ne auolent detinentur. Unde cum homo distrac/
tus psalmis intendere non potest. obiectis inhere
re potest.

Quomodo mens a distractione recolligenda sit
per hec quinqꝫ. §.i.

udi succēdas tūdēs redas meōr obiect

Cum distractus fueris/ vt citius recolligaris
ṗmo audi quasi dn̄m increpātem ꝛ dicentē tibi. vt
qd cogitatis mala in cordibꝰ vestris? Aufert se spūs
a cogitatiōibꝰ que sunt sn̄ intellectu Auferte malū — R
cogitationū vrāꝝ ab oculis meis Is est facilior re/
collectiōis modus Scd̄o sic vocem dei audiens in
teipm̄ succendere debes: tete arguēdo dicēs. Ue ti
bi misero: qui in conspectu angelorum factus es
ludibriū demonioꝝ. Tercio tundens Hoc est vbi te
sic argueris nō amplius te cōturbes: sed tunde pec
tus dicens Deus propicius esto mihi peccatori Nō
enī expedit amplius inde turbari: sed quasi contem
nens distractioēs procede vt volt gerson exemplifi/
cās exitiis patrum de retentione venti in pallio. ꝺ
catuli latratu. de aucarum sibilo. de muliere litigā/
te. de riuo qui violentior fit obice posito. Quarto
redeas post hec ad psalmorum attentionem. auer
tendo te a distractionibꝰ. ꝙ si ōnino nequeris. pote
ris te diuertere ad obiecta tua memorāda. vt volt
dyonisius carthusiens Et hec infra plenius haben
tur. Orans enī ait Gerson qui non potest consequi
finem vltimum id est deuotionem ex cantu psal/
morum propter aliquam causam: potest ꝛ debet
cum omni libertate spiritus ꝛ absqꝫ scrupulosa solli
citudine contentus esse si finem vltimum medita/
tiōibꝰ aliis consequatur. Felix si dicere potest Ocu
li mei semper ad dn̄m Felix ꝛ si non datur volare
si potest vel repere: vel more locustarum semet ex/
cutiēdo vicissim saltus dare.

De deuotione sub horis habenda. — B
Membꝝ. iii.

f Ac me audire vocem tuam. Cantico. viii.
Ysidorus. Quid prodest strepitus labioꝝ
vbi cor est mutū? Sicut vox sine modulati
one est quasi grunitus porcoꝝ ita oratio sine deuo
tione quasi mugitus boum Orō enī cordis est non
labioꝝ. Cordis vocem diligit deus Un̄ ad eam ex/
hortatur dicens. Fac me audire vocem tuam So
net vox tua in auribꝰ meis. Nam vt qdam ait. nō
vox sed votū. nō musica cordula sed cor. non clamor
sed amor pulsat in aure dei. Est autem valde necā
ria propter quatuor.

Hac sn̄ nec redolꝫ. nec scādēs. afficit. haut
Primo necesse est ꝙ orō sit deuota [vox.
qm̄ sine ea nō redolet Orō āt in scripturis thimia/
mati bōi odoris assilatur Quēadmodū ḡ thymia/
ma vel incensuꝫ nō redolet nisi suppositū carbōibꝰ
incēdat. sic nec orō nisi a corde ꝓcesserit inflamma
to. Unde dicitur in apocalipsi de thuribulo aureo.
id est de orationibꝰ sanctorum, Scd̄o quia orō fide

li nuncio comparatur. vt patet in rethorica wilhelmi. Periculũ aũt est si nũcio desint pedes. quia sic scandere nõ potest: sic orationi deuotio abesse non debet. Tertio quia non afficit. sed irrefecta anima. corpus affligitur labore ⁊ mens remanet inanis. ⁊ sic miseria est vtrobiqꝫ. Non sic oratio deuota non sic. Illa etenim oranti est subsidium. angelo bono solacium. dyabolo supplicium. deo gratum obsequium Hec pulchre vincentius in speculo. Quarto qꝛ est quasi son⁹ sine voce vt patet ex supradictis. Plura etiam enumerat Vincentius in speculo impedimenta deuotionis. Conductiua autem ⁊ promotiua eius licet sint multa: hec tamen ꝼm quemdam sunt potiora

Unde deuotionis affectus eliciendi inter psallendum. .§. ꝑmus.

. 40.
quare psalmi p̄ceteris ab ecc̄a s̄t assūpti

M
Ex sensu. vbis. adiect. cõspic. obiect.

Primo est affectus deuotionis in oratione eliciendus ex sensu ipso psalmorum qui ignitissimus est. Nam ⁊ ob hoc psalmi pre ceteris diuinarum scripturarum libris ab ecclesia scd̃m diuinum dyonisium sunt assumpti. Hinc ⁊ augustin⁹ ait. Dum psalmos cantatis: si orat orate. si gemit gemite. si laudat laudate ⁊c̃. Et Hugo. Unusquisqꝫ inquit cum in oratione vel psalmos vel alias scripturas quascunqꝫ decantat diligenter aduertat cui affectui deseruiant: ⁊ ad illum toto nisu cor suum excitet ad quem id quod loquitur magis pertinere videtur. Secundo ex verbis fere singulis possunt elici affectus. maxime vbi protrahitur cãtus. ⁊ verba sunt affectuosa: vt docet gerson exemplum ponens. vt si cantaueris aut legeris pater noster. protinus assurgat animus ad reuerentiaꝫ simul ⁊ ad dilectionem ad fidam postulationem ꝓ necessitatibus tuis fratrumqꝫ tuorum quorum pater est communis. Arripe generosum nobilemqꝫ contemptum fede rusticitatis: tu qui tam regio patre gloriaris. Displiceat tibi ac gemas exilium: cui celestis hereditas filiationis tytulo reseruatur: Tales ait affectus inuenire est sine numero: si quis intellectuali dente compresserit textum. Tercio ex adiectis: hoc est adijciendo verbis quedam adiectiua. aut determinatiua proproprietatem explicantia aut similia. Quod moris ẽ rethorum ⁊ poetarum Quod ⁊ in suis ymnis Ambrosius vt patet obseruat. Quantum autem istud valeat experiatur qui nescit. Hoc enim intellectum illuminat affectum miro modo inflammat. Exempli gratia. Cum dicitur miserere mei deus. hoc huiusmodi ẽ determinationibus decantandum. O deus (adijce) cui proprium est misereri ⁊c̃. miserere. O misericordiam impende: vtinam ⁊ vtinam miserearis mei miserrimi desolatissimi peccatoris. Unde potest fere generalis regula hec elici pro affectib⁹ multiplicandis: ꝙ in omni tali oratione triplices possunt affectus formari scd̃m triplicem viam scilicet purgatiuam. illuminatiuam. ⁊ affectiuam. Ut scilicet vbicũqꝫ occurrerit aut insonuerit relatiuum mei aut consimile: adijciatur determinatiuum aliquod miseriaruꝫ. Et sic fit via purgatiua ingemiscendo. Item vbi deus aut dominus dicitur. mox adiungendum est determinans aliquod illuminatiuum aut proprietatis expressiuum: vt deus qui omnia potes. qui tanta pro me egisti. Et sic fit via illuminatiua gratias agendo aut congratulando. vbi autem petitionis verbum venerit mox per O ⁊ vtinam ⁊ consimilia exclamatiua. affectus sunt ingeminandi ⁊ subleuandi: vt. o. miserere. vtinam. si. ⁊ sic de alijs. Et sic fit via perfectiua sic exclamando. Huius exemplum Johannes nider super oratione dominica hoc modo ponit.

Textus orationis dominice	expositus vie purgatiue	Scd̃m affect⁹ vie illuminatiue	vie ꝑfectiue
N Ater noster	Nos pupilli sine te	O aõr ardẽtissime	Qñ dilige⁹ feruẽter filiali amore te
Qui es in celis	Nos vacui ⁊ exules	O hospes suauissime	qñ hitabis in hospitio cordis nri vt i cel.
Scificet nomẽ tuũ	Nos trẽa t ꝑponẽtes	O sapor sanctissime	qñ nob nomẽ tuũ dl'cessꝫ vt trẽa ꝯtẽna⁹
Aduẽiat reg. tu.	Nos errantes	O rex ꝑclarissime	qñ sbiciem² tuo regimi vt ñ rgnꝫ ꝯcupia
Fiat voluñtas tua	Nos rebelles	O ꝑceptor prudẽtissiẽ	qñ ꝯformabim² i õib⁹ volũtati tue i nob
Panẽ nostꝝ co.	Nos mendici	O nutritor sufficiẽtissiẽ	qñ plẽa satietate satiabim² cessus
Et dimitte nob de. no.	Nos peccatores	O creditor largissime	qñ suscipies ꝓdigos filios rmittẽdo ex
Et ne nos inducas	Nos temptari	O custos diligẽtissiẽ	qñ tutabim² plene vt ñ ꝑualeat inimic⁹
Sꝫ libera nos a m.	Nos fragiles	O liberator fortissime	qñ liberabim² a fragilitate corpis ⁊ õi malo.

Ecce hic in pͥma riga poñr dñice orõnis textus in altera noster defectus ſm viam purgatiuam. in tercia gratitudinis actus qua recognoſcimus deuz vt hoſpitem vt nutritorem ſm viam illuminatiuã. In quarta autem riga ponitur noſter ad deum affectus ad vie vnitiue correſpondentiam. Et ad huius exemplaris inſtar in ceteris quoqꝫ eſt orõnibꝫ ꝓcedendum.

Quarto eſt affectus deuotionis in orõne eliciẽdus ex aliquorum in orõne memorãdorum conſpectu aut contemplatione. Et tangitur in ꝟſu ꝑdicto ibi conſpicis. De quo Bernardus ad frẽs de monte dei Docendus eſt tirũculus chriſti etiam in oratiõe cor leuare ſurſum z ſpũaliter orare. Ammonẽdꝰ eſt q̃ꝫta poteſt puritate cordis intendere in eum cui ſacrificium ſue orõnis offert. ſeipm̃ intendere q̃ offert intelligere quid offert. Hinc talis eſt regula eliciendaꝛ vt vbi occurrerit deus aut dominꝰ vel relatiuuz eius. mens in eum eſt ſubleuanda contemplatione z affectione pia. Similiter vbi ꝓprie commeminerimus perſone. proprie vilitatis meminiſſe debeꝰ.

Quinto eſt eliciendꝰ affectꝰ ex obiectis incarnationis z paſſionis dñice ante z ſub horis aſſumptis de q̃bꝫ infra Bernardꝰ Tutius nouello ꝓponiẽ paſſio chriſti vt inde affectus formet Idem Ludolphꝰ in ꝓlogo ſuo Conticeſcat oportet iam omnis torpõs viſis tantis ſeminarijs z copijs afficiendi. Nõ eñ eſt quod obhiſcere p̃t in torporis ſui palliamentum. Sed huic poſtremo adijciẽdum: quomõ hec affectiones ſint excitãde Sup quo magiſter Iohannes nider dicit ꝙ maxime fieri debent ꝑ exclamationes z aſpirationes. Ad quod plurimum valent hee z conſimiles dictiones o. qñ. ſi. vtinam. et huiuſmodi. Hinc hugo de palma carthu. ait. ꝙ vtile eſt incipientem habere aliqua verba inflammatoria z ſeraphica ꝑ que exprimat deſiderium ſuum affabiliter dominum alloquendo. quod potiſſimuz fit per dictiones dictas o. quando. vtinam. z ſic de alijs. quibꝫ incipiens vti debet donec gratia adiuuãte exercitatior erit ſine cogitatõne centies in die mľtum amoroſe ſenſum erigere in deum. Verbi gratia Dum canto Beati immaculati: mox affectus dicet. O vtinam eſſem immaculatus O quando fiam beatus. Et proprie dicuntur aſpirationes. Et debent fieri magna affectione cordis

De q̃buſdam induſtrijs ꝓ attẽtiõe ſub horis ꝯſeruantia aſſumendis.

Caplm̃. iij.

Psallite ſapienter p̃s. Hoc eſt ſapide z affectuoſe. vt pſalmus in corde ſit quaſi cibꝫ in ore Vel iuxta quẽdam Pſallite ſapienter. hoc eſt ſapientiali practica vtamini iter pſallendũm. Unde dicto de modo horas exoluendi. aſſignanda ſunt amminicula quedam z ſapientiales practice ad facilius hoc exequendum. Ubi notandum ꝙ a diuerſis diuerſa ſcd̃m varietatem pſalmos canentium ponũtur practicamenta Nam iuxta decanum tongrenſem. trifariam diſtant pſalte pſalmos canentes

Aut enim pſalmi canuntur

	ſimplicibꝫ		latinũ nõ bñ intelligẽtes
a	illumĩatis	vt	doctiores
	deuotis		religioſi

	pͥmi		materiã
it q̃s	ſcd̃i	hñt ſinglarꝰ attẽdẽ ad	formam
	tercij		finem.

Quibꝫ tñ õnibꝫ ꝓuiſum eſt de bonis practicis

	pͥmis	nider z gerſoĩs
nã	ſcd̃is ãmiclo ẽ exercitiũ	doctnal expõnis
	tercijs	modꝰ hugonis

Hij ſunt tres orationis fructũs.

	primi		merentur
quoꝝ	ſcd̃i	ꝓp̃e	exaudiũtur
	tercij		reficiuntur

Pro hortim mẽbrorũ ampliori diligẽtia eſt pͦ ſciẽdũ: ꝙ tria ſunt in orõne vocali ſm doctos z Iohannem gerſon. Unum per modum materie. vt verba z textus Alterum per modum forme vt intelligentia z verborum ſenſus. Tercium per modum finis. vt eleuatio mentis in deum. Et ſcd̃m hec triplex attentio diſtingui ſolet. ſcilicet ad materiam q̃ cadit ſub precepto ad formam. z ad hanc magis obligantur doctiores qui pſalmorum profunda ſcrutari habent. Tercia ad finem. z huic amplius religioſi intendere habent. quorum ſtudium eſt z finis affectuoſa adheſio dei.

Et viri ſancti ſcientes ꝙ non ſit labor ſicut orare deum (iuxta dictum agathonis in collationibus patrum) Varia tradiderunt adiumenta pro mente in oratione ſtabilienda. Quorum tamen quedaz magis iuuant pro attentione ad materiam: quedam pro alijs habendis.

Ordinauerunt quidam pro attentione habenda ſingulos in digitis ſupputare verſus Bona practica. ſed pro attentione materiali. Nam ex hoc noſſe poſſunt quot ꝟſus ore ꝓtulerũt. Alij ꝓ doctiori

bꝫ magistraliter psalmos exposuere cũ diuisiõibꝫ ⁊ dimẽbratiõibꝫ pulchris. Inter q̃s magister Nicolaus gorram egregius expositor fulget. Silr̃ ⁊ glosa ordinaria Et hoc valet ꝓ orõnis forma. Verꝫ Gerson ⁊ nider oẽm orõnis fructũ in fine positum scientes varia exercicia ꝑ h̃ ꝯdiderũt. Habet Gerson cãticordũ suũ cꝰ sepe memit in scriptis suis. sup quo ⁊ tres edidit tractatus Tradidit alter eũ isequutꝰ cytharã spũalem ad vulnera christi. Scripsit ⁊ Nider in suo alphabeto amoris plurima ꝓ attẽtiõe adiumẽta. formãs manũ quãdam ⁊ alia plura Que tñ õnia retrahũt a forma Sꝫ Hugo exerciciũ q̃dđã tradidit in suo de orõne: qđ circa textũ maẽt Vñ seq̃ns cyropsalteriũ ẽ collcm̃ religiosꝭ maxĩe ꝯgruũ

Prologꝰ ꝯmẽdaticius ⁊ in amorẽ Chyropsalteriĳ hꝰ inductiuꝰ — Tytulꝰ. v.

Attentio

D[d]Auid ãt psallebat manu sua sicut ꝑ singl'os dies. i. regũ. xviĳ. Bõa ait gersõ ẽ attẽtio ad ṽba. melior ad sensum. optĩa ad finem: Sed nimirum ille felix q̃ õnibꝫ intendere possit. vt scꝫ ⁊ ṽba distincte pronũciet. sensus psalmi attẽdat: crebros inde formãs affectꝰ Ceteris em̃ paribꝫ iuxta eũdem gersonem melius est ex psalmis elicere affectus. q̃ꝫ alĳs intentum ire obiectis. Et hoc propter quatuor rationes

q̃ sc. scp̃t̃e veneratio | pticl'arior eruditio | suauior assuefacꝰ | maior stabilitio — nã | ibis spũsanctꝰ loq̃t | circa misticos p̃sꝰ docet | fit sic deuotior | in certis stabilit

Has põit rõnes in de sollicitudine ecclesiasticorum Quẽ etiã psallẽdi modũ venerabilis ille Hugo đ scõ victore ꝑtim tradidit in suo đ orõne Qui tractatulꝰ si Iohi gerson fidem damꝰ oẽm supat laudẽ vt đr i de libris studẽdis Cꝰ etiã crebrius memit in diuersꝭ scriptorꝫ suorꝫ locis Ex q̃ tractatu simul ⁊ sacre scp̃ture ṽbis p̃allegatꝭ sumptꝰ est subseq̃tꝭ exercitĳ modꝰ Cꝰ exercitĳ nomẽ est Cyropsalteriũ. eo ꝙ in manu docet psallẽdi modũ. exemplo psaltis egregĳ dauid de q̃ supiora ṽba dñr. In q̃bꝫ ṽbis a spũ scõ sequẽs nobis ꝓpositũ est exercitiũ qđ est summũ ad triplicem illã supmemoratã attẽtioẽm ãminiculatoriũ. Signature em̃ ⁊ digitorꝫ attactꝰ iuuãt attẽdere ad materiã. actꝰ ad formã. affectꝰ ad finẽ hominẽm ducũt. vt pleniꝰ infra. O itaq̃ q̃cũq̃ attente deo tuo voles reddere vota. modoq̃ ꝯscripto exorare deum: hoc cyropsalteriũ adamato. In h̃ psaltꝭ egregĳ exemplo institutus vota exoluere studeto Ad cuiꝰ cõplexum q̃q̃ plurima poni possent incitamẽta: sufficiat tñ vel tria in genere commemorasse Debent em̃ nos ad huiꝰ exercitatioẽm potissimum incitare hꝰ exerciciĳ — acceptabilitas | fructuositas | necessitas

De q̃bꝫ singulis paucis est agẽdum. ⁊ p̃mũ de exercitĳ hꝰ acceptabilitate Que tametsi multꝭ astipulari rõnibꝫ posset. sat erit paucis ꝓbare. Potest igit̃ hꝰ exercitĳ acceptabilitas ꝓbari — rõtione | auctoritate | exẽplo — R

Primo rõne tum ꝓpter actuũ latricorꝫ q̃s cõtiẽt dignitatẽ. tum ꝓpter obediẽtie quã explet graciositatẽ tũ ꝓpter exempli qđ insectat̃ eximietatẽ. Primo ꝓpter actuũ latricorꝫ q̃s exercet dignitatẽ Nam q̃ in h̃ cyropsalterio rite psallit: magis ausim dicere. bonoris gratitudinis ⁊ laudis deo exhibet in vna horarꝫ q̃ꝫ q̃ plerisq̃ alĳs exercitĳs innitũt̃ integro die: Hic em̃ psalteriũ cui se sic psallẽs ꝯformat pre ceteris libris est ad diuinũ officiũ assumptũ: eo ꝙ pre alĳs salubriores ꝯtineat actus — N°. Scđo ꝓpter obediẽtie quam explet graciositatẽ Nam si illud deo acceptiꝰ ⁊ gratiꝰ vt gerson ait qđ obediẽtie viciniꝰ: liq̃t facile istud exercitiũ gratissimũ esse deo. Istud em̃ exercitium eccl'e arbitrio ⁊ patrũ se ꝯsilio subdẽs alĳs obiectꝭ q̃uis etiam dulcissimis parũꝑ sepositꝭ psalmis ipsis principalr̃ intẽdit. Et q̃uis dulcius circa alia obiecta affici se posse sentit: eam tñ dulcediẽm. tãq̃ alter abraham dilcm̃ ysaac ꝑ obediẽtiã offerẽs. ꝓpter deũ ⁊ obediẽtiã reĳcit ⁊ differt. sibĳpi cũ Gersone dicẽs. Pauꝑ homũtio. melior est obediẽtia q̃ꝫ meditatio ⁊ dulcis affectio Potẽs est dñs reddere vicem maiorem in idip̃m: ⁊ si nõ hic. certissiẽ reddet in futuro vbi fiet vox laudis ineternũ Hinc etiam est ꝙ ait Augꝰ: ꝙ melior est ac deo gratior orõ vniꝰ obediẽtis q̃ꝫ decem miliũ ꝯtemnẽtiũ Tercio ꝓpter exempli qđ insectat̃ eximietatẽ. Quia eodẽ exercicio vtit̃ cum psalte egregio eximio ꝓpharꝫ dauid: de quo textꝰ đr: ꝙ psallebat manu sua Scđo principaliter ꝓbat̃ hꝰ acceptabilitas auctoritate iheroni. dicẽtis Melior ac ꝑ h̃ ⁊ gratior est deo vniꝰ psalmi cũ hilaritate ⁊ mẽtis deuotiõe decãtatio q̃ꝫ totius psalterĳ cũ torpore ⁊ fastidio modulatio. Hoc ãt cyropsalteriũ pre ceteris exercitĳs excitat cordis hylaritatem. nimirum cũ iocundissima habeat obiecta

Albertus magnꝰ ait. Sunt in deo omnia q̃ impellere pñt ad benefaciendũ Que ſunt Bonitas. benignitas. pietas. dulcedo. charitas. placabilitaſ. vt pulcre in principio de miſterijs miſſe declarat. Si nõ verb credit: exemplis detur fides. Sũt teſtimonia pietatis. manaſſe dauid: ⁊ ceteri huiꝰ gñis. Uide opa ieſu que deſcribũt euãgeliſte. Nõne ipſe dolores ⁊ infirmitates oim deſiderãtiũ: inuocantiũ: ⁊ in ſe credẽtium tulit. ⁊ infirmitates oim ipe portauit. Mulier tangens fimbriã ſanatur. Peccatrix pedes eiꝰ oſculans mũdatur. Chananea exaudit Leproſi clamantes mũdant. Demoniaci ⁊ paliticí ⁊ cuncta nature mõſtra dũ accedunt ⁊ credũt ſalutẽ cõſequũtur. Nã virtus de illo exibat ⁊ ſanabat oẽs. Publicani ⁊ peccatores veniã cõſequũtur. nec eoꝝ cõuiuia deſperit. Teſtes hoꝝ innoco ⁊ in mediũ adduco Mattheuz. zacheũ. mulierẽ in adulterio dephenſã. Longuz eſt ceteros enarrare eiꝰ pietatẽ expertos. Jnquirãtur diaboli ſi nõ ⁊ illi. inuocãtes pietatẽ experti. q̃ppe dimiſit eos in porcos Ad hũc igit pietatis fontẽ o aia peccatrix ꝓperato. nũc more fidelis leproſi clamans Dñe ſi vis potes me mũdare. Nunc cẽturionis iſtar dicẽs. Dñe puer meꝰ iacet paliticꝰ in domo ⁊c̃. Nũc more ſanguiflue mulieris Si tetigero fimbriã veſtimenti eius ſalua ero. Quiſq̃s em̃ vera fide ⁊ ſupplici corde corꝫ venerabili ſacro veniã pecierit credẽdum ait Haſſia pie ẽ. ꝙ aut plenariã: aut maxime ptis remiſſionẽ cõſequatur pctõꝝ. Adducẽs exemplũ de latrone ⁊ magdalena. Jdẽ dicit Diſcipulus in ſmone de ſancto Stephano. vbi enũerat quibꝫ patet eluz hunc doctorem allegans.

Quõ iſlãmet mens ex ↄſideratiõe bñficioꝝ. §. ĳ.

Pero vt ãpliori ↄuotiõis ⁊ amoris flãma ſuccẽdaris: debes etiã cõtemplari bñficia diuina ex pietate ſola tibi preſtita. Jn quoꝝ hoc fieri iuſſit cõmemorationẽ. Debes igit ad mentẽ reuocare bñficia illa diuia. marieq̃ʒ maria. de q̃bꝫ plene agit infra in beneficiario folio. Que vt ampliꝰ te permoueãt ⁊ ad amorẽ et deſideriũ inflãment. d̃bes ſingulariꝰ recolere illud ſũme charitatis incendiũ. q̃ cõtulit hec vniuerſa. Nõ em̃ melius ſuccenditur ignis q̃ʒ igne. ⁊ nil ita afficit ad amorem ſicut cõſideratio charitatis ⁊ amoris dei ad nos. de q̃ pleniꝰ infra folio Potiſſime tñ paſſionis debemꝰ meminiſſe vt infra. Et illiꝰ charitatis diiudicare dẽmꝰ ardorez q̃ ſue infinite bonitati nõ ſuffecit ꝙ tãta ac talia preſtitit: niſi adhuc quotidie ad nos deſcẽdens ſe nobis taliter ⁊ tali mõ exhiberet. O ardorẽ. o charitatem. O quis te vidit ⁊ nõ amauit. Quis abyſſum cõſiderat ⁊ nõ expiauit. Qui nõ amauit neq̃ʒ ⁊ ipius eſt. ſicut qui nõ expauit vecors ⁊ inſenſatus ẽ

De inuitatorijs accedẽdi §. tertius

Verũ vt nullo te pacto a calore huiꝰ abſcondas ſʒ vt ad acceſſuʒ aieris debes cõſiderare Acceſſus inuitatoria fructũ ⁊ necẽitatẽ. Supra aũt enumerata ſunt. ſ. in gradu. Cõſideratiõis inuitatoria acceſſus vñ nõ ſunt hic replicanda. Sed hic q̃dã inuitamenta dicemus ad huiꝰ ſacre ↄmuniõis freq̃ntationẽ ipellẽtia Pro quo notãdũ ꝙ abſolute melius eſt ex amore ⁊ humili deuotiõe crebriꝰ accedere q̃ʒ ex timore ſolo vel etiam humili timore abſtinere. Amor em̃ ⁊ ſpes preferũtur timori. licet in caſu q̃nq̃ʒ melius ſit abſtinere. ſcʒ interueniente notabili et legittima ad abſtinẽdum cauſa. Sumptio em̃ multis ex cauſis preualet que fit ex amore. q̃ʒ reuerẽcialꝭ abſtinẽtia ex timore. vt pulchre proſequit in pãthecologia. ⁊ Mattheꝰ de craconia in nobili illo ſuo dyalogo. Hinc etiã ſanctꝰ Appolloniꝰ. vt patet i vitaſ patrũ monebat monachos q̃tidie cõicare xp̃i miſterijs quinq̃ʒ potiſſime ex cauſis

Haut logus. p̃ſto. patiẽs delẽtur ⁊ vnus.

Prima ne forte q̃ ſe lõge facit ab his longe fiat a deo Secũda quia qui hoc crebriꝰ ſuſcipit freq̃ntiꝰ recipit ſaluatorẽ. Tertia quia ip̃a cõmeõratio dñice paſſionis dũ quotidie a monachis fiat plurimuz cõfert ad pacientie exemplũ que eſt neceſſaria eis

Quarta q̃a per hoc datur cõmonicio vt q̃ſq̃ʒ cautius viuat vt ſemꝑ paratus ſit ⁊ dignꝰ Quinta quia per hoc remiſſio peccatoꝝ credẽtibꝫ datur. Hec ille Sed ⁊ frequẽtans ⁊ accedẽs pleniorẽ cõſequit ſacramenti effectum. de quibꝫ ſupra. ⁊ infra adhuc dicendum ⁊ xp̃o cõiungit intimius. Que omnia hoc verſu patent predicto.

De accedẽdi neceſſitate ⁊ fructuoſitate §. q̃rtꝰ.

Tne aliq̃ modo ſubterfugias ↄſidera poſtremo ꝙ grandis frequẽtandi hoc ſacramẽtum tibi indicat neceſſitas. De hac em̃ Bonauen. ſic ait. O quãte anguſtie. Horrendũ accedere Nõ accedere ex notabili negligẽtia dãnabilis culpa. Quia qui ſine cauſa accedere dimittit q̃ʒtum in ip̃o eſt priuat ſanctã trinitatez gloria. angelos leticia. pctõres venia. iuſtos ſubſidio ⁊ gratia. in purgatorio exiſtẽtes refrigerio. Eccl'iam xp̃i ſpũali beneficio. Seip̃m medicina ⁊ remedio ꝯ quotidiana peccata. Quotiẽs effunditur ſanguis chriſti in remiſſionez effunditur peccatorum. Qui igitur quotidie peccat ſemꝑ medicinam ſumat Jtem priuat ſe quodãmodo omibuſ bonis veniẽtibus ex ↄmmunione ſacramẽtali: vt ſunt pctõrum remiſſio. fomitis mitigatio. mẽtis illuminatio. virtutũ infuſio. angeloꝝ cõuiuatio ⁊c̃. Nõ ſumit viaticum vnde extimeſcere habet in via d̃fectũ Euacuat diuinũ cultum. cõtemnit aut paruipendit chriſti preceptũ quo hanc neceſſitatem inducit dicẽs Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis ⁊ biberitſ eius ſanguinẽ nõ habebitis vitam in vobis ⁊c̃ Et ex

go terrifica de hmōi fetus pagina insonat tuba di⸗cens. Numeri. ix. Si q̄s mūdus est ⁊ in itinere non fuerit: ⁊ tñ nō fecerit phase. extermiabitur aīa illa d̄ ꝑplo. q: sacrificiū nō obtulit dño tpe suo Hec ille Q̄ si gñaliter oibus tāta necessitas indicit. q̄tū putas sacerdotib9 dei. eius cultui cōsecratis impositū iri. Certe magna est ait Ubertin9 sacerdotū abusio a ce lebratione cessantiū. q: faciūt ꝯ dñi intentionē ⁊ p̄ce ptū. His nō mō ex causis dictis necessitas indicit sz et ex ordinis susceptiōe qua facti sunt os eccl'ie. ex sti pendioꝝ receptiōe. ⁊ ex gratiaꝝ ⁊ carismatū obliga tione accedere ipellūtur De hijs nō āpliora ꝓsequi mur. qm̄ nō dei sacerdotib9: sed q̄b9 lacte opus ē iu⸗nioribꝫ ⁊ nouellis xp̄i tyrūculis is tractatul9 legēd9 dedicatur.

O Timoris ⁊ a'oris Succēde fornacib9
Quo cōplectar iā te forꝫ brachijs tenacib9
Nr̄i replēs gustū oris. fructib9 feracibus.

De gradu occursionis Cap'l'm septim

[O]ccursio. De qua ꝑ ꝓphetā Preꝑare in occursū dei tui isrl' Amos. iiij. Et item Gaude ⁊ letare syon occurrēs deo tuo. Et in euāgelio. Exite obuiā ei. Hec re⸗cto ordine suꝑiori gradui subnectit. q: postq̄ꝫ aīa ꝑ suꝑiores gradus se ꝑauit nil restat nisi vt venienti occurrat.

Et ē q̄ dño occurras ꝑ | nūcioꝝ auditū ⁊ rñsiuas initatiōes
 | fm q̄rūdā sil'itudies ⁊ ꝯditiones
 | duota suspiria ⁊āmiratias dijudicatōes

Primo dico fit hec occursio ꝑ nuncioꝝ auditum ⁊ respōsiuas inuitationes. Debem9 em̄ in hoc g̃du ꝯstituti audire verba nūcioꝝ: quos deus tanq̄ꝫ rex diues ꝑmittit in oēm ad quē vētur9 est locū. vt sunt ꝓphetice promissiones ⁊ sacre inspiratiōes. Unde h̄ reuoluēda sunt ⁊ rumināda prophetica illa ꝓmissa. cuiusmōi sunt. Qui vēturus est veniet. Dicite filie sy on. ⁊c̄. et cōsil'ia. Hic q̄ꝫ cōmiscent verba dñi q̄ nun⸗cios subsequit suos. vt est illud. Ecce ego venio ⁊ ha bito in medio tui. ⁊ sil'ia. Poterintq: hic aggregari plurima prophetaꝝ verba que multū sunt deuotio⸗nis inflāmatiua Sꝫ vbi aīa hmōi voces audierit. mox vt eis per d̄siderū ⁊ gratitudinē respōdeat oꝑ⸗tet. vt: sic exemplo Abigail nūcios dauid sequatur. Et pro hoc deseruiūt exclamationes ille seraphice q̄ infra ponūtur

Mēbrum secundum.

[S]Ecundo dicim9 q̄ occurrēdum sit fm quoꝝ dam similitudines ⁊ conditiones instar vi⸗delicet harum personarum. s.

Ut re9. infirm9. p̄ssus. mēdic9. ⁊ abra.
Spōsa. velut ꝓles. vēias mihi tu viceūsa

Hee sunt septem affectiones orationis que in ꝑ fectu religiosoꝝ appriātur septem petitiōib9 dñice orōnis in quib9 deuotū ē accedere ad sacr̄m. Et p̄rio accedēduꝫ ē vt reus ad misericordē iudicē. Ecce copio sa hic offertur deuotiōis ⁊ cōpunctiōis materia. dū scꝫ q̄sq̄ꝫ secū cōsiderat qual' ⁊ in q̄b9 ip̄e reus: ⁊ qualis ip̄e iudex cui occurrere habꝫ Facili9 cogitatu q̄: pen⸗na hec cōprehēdunt. Quis em̄ non dico scribet: sꝫ ne cogitabit q̄dem in q̄ntis sum9 rei ⁊ quātis expositi malis. Uere clamare necesse hēmus. Sed lib'a nos a malo. ⁊ dicere in accedēdo. Dñe multoꝝ criminuꝫ reus ⁊ vniuersis expositus malis ad te saluādus ve nio. ⁊ quē iudicē sustinere nequeo: saluatoreꝫ hīc su⸗spiro Adiutor meus esto de9 Secūdo occurrēdum est sacramēto. sicut infirm9 occurrit medico. ⁊ sicut multis hostib9 obsessus suo liberatori. Uere a plan⸗ta pedis vsq̄ꝫ ad verticē non est sanitas in nobis Et nos certamine triplici circūdant tres inimici Ita q̄ clamare cōpellimur Et ne nos inducas in tēptatio⸗nem Et dicere in accedēdo Domine infirm9 venio ad te medicū et medicamentū vt vulneꝝ meoꝝ cica⸗tricib9 quas aduersarius inflixit: medearis vt debi⸗lem ⁊ ꝯfractū hoc sacro edulio corrobores Et iteruꝫ Sana me domine ⁊ sanabor Itēq̄ꝫ Dñe castꝝ con⸗scie mee inerme ē ⁊ penuria affectū: et hostibus vn⸗diq̄ꝫ obsessum Uenio igitur ad te dei virtutē: venio ad te in quo omnis abundantia boni: tibi reddo ca strum op9 tuū: plasma tuū: vt ip̄m armis defendas cibis ac munimine cōfortes. Esto mihi in deū protectorem ⁊c̄ Tertio occurrēduꝫ ē vt oppressus debi⸗tis suo liberalissimo creditori ⁊ remissori. Debemus aūt decē milia talentoꝝ Unde clamare habem9 Di mitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittim9 de bitoribus nostris: ⁊ orare Domine obligat9 sum de⸗bitis que soluere nō sum sufficiens: vnde venio ad te vt absoluar a debitis te spōdente ꝓ me: Aspice igit in me ⁊ miserere mei: te offerendo pro me vt sic retri buas pro me Quarto occurrendū est vt mēdic9 et pauper regi glorie. bōi diuiti: largissimo datori Ego pauper et mendicus: Unde clamo. Panem nostrū quotidianū da nobis hodie: Et dico Domine pastor bone venit mēdicans famelica anima mea coram te cupiens sustentari a te pane viuo ⁊ vero Domie pa⸗sce me Quinto occurrendū vt seruus occurrit dño cupiens recōsiliari ei Seruus tuus ego sū: sꝫ proch seruus piger infidelis et neq̄ꝫ: qui nō feci tuam volū⸗tatem Unde nunc ad te venio voluntatē tuam per⸗ficere cupio: et ergo oro Fiat voluntas tua sicut i ce⸗lo ⁊ in terra Doce me facere volūtatem tuam Se xto occurrendū vt sponso sponsa dulcissimo Nos xp̄i sponse sumus qui ei in baptismo ⁊ fide despōsati su⸗mus: sed proch virum pudicicie nostre dereliq̄mus: diabolo adhesimus: et cum eo fornicati sum9 Quo⸗tiens ait Hieronimus cōcupiscim9: totiēs a d̄o for nicamur Sed ipse clamat: Auersatrix israbel reuer tere ad me et libenter suscipiam te: Ad euꝫ igitur cō

uersi ad thalamū aspirem⁹: ⁊ dicamus Adueniat regnū tuum. Ubi cubas. vbi pascꝭ ⁊c̄. Postremo occurrere dēmus sicut filius pr̄i ⁊ dicere. sanctificet̄ nomē tuū Filij ꝓdigi sum⁹ q̄ substātiam dilapidamus vniuersā. vnde dicam⁹ Dn̄e pater ego ꝑdit⁹ in regione longinqua oīa dona gr̄e tue per peccata mea perdidi. eiectus sū a possessione virtutū. spoliat⁹ innocētie veste: nō sum dignus vocari filius tu⁹. Sꝫ ecce venio ad te vt restituar ꝑ te. Dn̄e quādo respicies? restitue aīam. Redde mihi leticiā salutaris tui. Si hijs mōis celesti patri occurrerim⁹ si cum filio prodigo nos hūiliauerim⁹ ⁊ dixerim⁹. Dn̄e nō sum dignus vocari fili⁹ tuus. nō sum dign⁹ vt intres sub tectū meū. ⁊ nihilominus firmo ꝓposito fiat volūtas tua adiūxerimus: nō se feret: non se sustinebit pr̄ ille celestis. sed prior in obuiā veniet: in amplexib⁹ ruet: vitulo saginato te reficiet gaudens ⁊ letabūd⁹ Hec de occursionib⁹ istis in q̄b⁹ est deuotissimū exerceri. si fuerint plene diiudicate

Quō occurrēduꝫ per crebra suspiria Mēbꝝ tr̄iū

Q t Ertio occurrēdum ē per crebra suspiria ⁊ ammiratiuas diiudicatiōes Ponit Guilhelm⁹ parisiensis in sua rethorica diuina septē suspirioꝝ spēs q̄b⁹ dꝫ se hō exercere circa deū ⁊ hoc venerandū sacr̄m. Et sunt iste

Clamor		ꝑiclitātiū	cū iustꝭ clae⁹ vt libemur
Eiulat⁹	q̄	ꝑunloꝝ nos	ꝓ absētia pr̄is ⁊ alimēti
Rugit⁹	ē	dāna passoꝝ	vt esau q̄ irrugijt suplā
Plāct⁹		luct⁹ mortuoꝝ	mortē aīe plāgā⁹ (tat⁹
Gemit⁹		signū doloꝝ	gemit⁹ ī orōe fūdamus
Suspiriū		spira° fatigatoꝝ	vehemēt̄ aduētū optē⁹
Sigult⁹		diu lugentiū	incessabilit̄ doleamus.

Occurrēs clamo. mis eiulo. rugio. plāgo
Et gemo. suspiro. singultio pasce iesu me

Quō occurrendū ꝑ ammiratiuas consideratiōes Mēbrum quartū.

R a Dhuc occurrendū ꝑ ammiratiuas diiudicationes vt scꝫ volatū quēdaꝫ suspēsiuū ⁊ ammiratiuū inter diuā maiestatem ⁊ tuā ꝓpriaꝫ vilitatē exerceas diiudicādo videlicet

Ad quē. qs vēiet. cur quō. quē dabit. vnde.

Offertur in hoc versiculo fecundissima parit̄ ⁊ deuotissima cōtemplatiōis materia: sed paucis ne ꝓlixi simus ꝑstringēda. Debes igit̄ aīa sup annūciatiōibus illis ꝓpheticis ⁊ venturi dn̄i promissionib⁹ tecū exēplo marie cogitare. quales sunt annūciatiōes ille ꝓfunde videlicet diiudicando. quis. qual'. ⁊ quātus ad quē. qualē ⁊ quātillū dignabit̄ aduētare: q̄ maiestas ad quā vilitatē. O dignatiōem. Ip̄e q̄ de se fatet̄. ego sū deus oīpotens. q̄ terrā respicit ⁊ facit eā tremere. q̄ vt in apocalipsi dicit̄ hꝫ in vestimēto ⁊ in femore suo scriptū. rex regū. dn̄s dn̄antiū: is inq̄ʒ talis ac tant⁹ nō dediḡtur visitare hoīem miseꝝ ⁊ peccatorem. Hec si rite diiudicaueris in āmirationem ductus exclamabis O q̄ꝫ stupenda dignatio. q̄ꝫ indebita miseratio. q̄ꝫ gratuita dilectio regē regū: dominū dn̄antium ad misellū descendere vermiculuꝫ. Et itē Unde mihi hoc vt maiestas dn̄i veiat ad me?

Cur tanta dignatione ad te veniat §. ij.

S s Ecundo āmiratiue cōsiderare habes Cur tāta dignatiōe q̄tidie ad te veniat: q̄d. s. cuꝫ ad hoc inducat. q̄d alliciat? Non vtiqꝫ bonitas tua. nō merita tua: sed sola gratuita charitas ⁊ inata pietas sua. Hinc Ezech. xxxvi. ait Nō ꝓpter vos faciā: sed ꝓpter memetip̄m. et propter nomē sanctū meū. Et Ozee. xiiij. Diligā eos spōtanee. i. nullo merito eoꝝ Cause igitur aduētatiōis cōcurrunt cum causis istitutionis. de quib⁹ dictum est supra: quaꝝ potissima est ostensio sue charitatis. Et hic exclama dicens. O charitas mea deus me⁹ quantum me dilexisti q̄ sola gratuita charitate ad me aduenis ⁊ aduenisti.

Quomodo veniat §. tertius

T t Ertio diiudicandū est quomodo veniat. Et quis sufficiet ad modum veniendi explicandū? Angelus sup modo aduentus interrogatus a virgie prudente: ad sup̄iorem magistrum remisit scꝫ spūm sāctum. Quid ergo nos dicemus? Sed vt pauca ⁊ hic assignemus notandum ꝙ venit

Sapient̄		occl'tatōe maiestatꝭ	sb̄ spēb⁹ sacr̄alib⁹
Potēt̄	cū	gl'ia diuinitatis scꝫ	cū oīb⁹ sanctis
clemēt̄		dig̃tione pietatꝭ	modis pijs.

Occultus sapiēs. sciśqꝫ potētis. pi⁹ ad nos

Primo dico venit sapienter occultādo: scꝫ se sub sacramentalibus speciebus Quod sapientissime facit quia congruis ex causis scꝫ

Ob meritū. signū. risum. sēsuꝫ. qꝛ scriptū.

Prima causa quare se speciebus dedit velatū est ob meritū scilicet fidei. Fides enī. teste btō Grego. nō habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. Hunc igitur modū sapientia illa adinuenit: in quo sūmum meritum si rite fiat consistit

Secūdo ob signum vt scꝫ per species sacramētales visibiles significetur homini quid cōtineatur: et fiat inuisibiliter Tertio ob risum. s. infidelium euitandū qui insultarent si crudas comedere videremur carnes. Quarto ob sensū. id est propter vitādum horrorem ex esu crude carnis: ne scilicet horreret anim⁹ quod cerneret ocul⁹. Aut etiam propter sensus nostri debilitatem qui nō posset perferre tante maiestatis claritatem: vt sic in omnibus nostre ꝓuideret necessitati Quinto quia scriptum. vt scilicꝫ impleretur illō. Apocalip. secūdo. Dabo manna absconditum. Quare aūt sub talib⁹ specieb⁹ pura panis ⁊ vini commēdauit: etiam cōgruentissime assignātur super hoc rationes quas longum eēt h̄ assig̃re

Habent em̄ passim in scp̄tis doctoꝝ sup̄ q̄rtū sñiarū In pantheologia ꝛ sic de alijs. Ita vt q̄ hec oīa sa
piēter ꝛ ꝓfunde diiudicaret vere sapiam de occultis
traheret. ꝛ cū regina saba in excessum duct9 deficerꝫ
sup̄ ꝯtemplāda sapia nostri veri salomōis in hoc sa-
cramēto occultata. Quid em̄ sapiētius q̄ꝫ adeo salu-
briter ꝛ cōueniēter nr̄e eruditiōi p̄iterqꝫ refectioni ꝓ
statu ꝛ captu nostre p̄uitatis cōsulere ꝛ ꝓuidere

Qꝫ venit potēter §.iiij.

D S Ecūdo dico ꝙ venit potenter cū glīa. s. maiesta
tis Uere ꝛ firmiter em̄ credere debem9 ꝛ nul
laten9 dubitare ꝙ veniat ibi in corp̄e glificato ꝛ ad-
ornato dotib9 ꝛ cū comitiua decenti: puta angeloꝝ
ꝛ sctōꝝ agminib9. O nisi hec essent occulta. q̄s starꝫ
ad videndū ea? Quis splendorē: q̄s decorē corp̄is illi9
sustineret? Quis in cōsilio ꝛ cōgregatione tantoꝝ sā
ctoꝝ assisteret? Nā angelos subsequi ꝛ assistere ī su-
perioribus testimonio Gregorij ī dyalogoꝝ libris p̄it
ꝛ leonis est ꝯprobatū. Nā et eccl'ia dicit Deus cui a
stat angeloꝝ chorus. putas assistāt in celo nō sub sa
cramēto: Uere sequūtur eū quocūqꝫ ierit: ꝛ eo dulci
us q̄ venit dignātius De oībus sanctis eccl'ia ī aduē
tu petit in collecta dicēs Ut veniens dn̄s nr̄ ies9 xp̄s
cū oīb9 sanctis patam sibi in nobis inueniat mā sio-
nē Que etiā collecta de sp̄ūali aduētu s̄m plures itel
ligi p̄t Nā et hij sequūtur agnū. Quocunqꝫ em̄ p̄git
scti oēs sequūtur: atqꝫ laudib9 post cū canētes cursi-
tant: hymnosqꝫ dulces personant

Uenit clemēter §.v.

E T Ertio dico venit clemēter Nā totū minus est
quod de hoc aduētu dici pōt. Quis em̄ digniti-
onē illam maiestatis. quis dine bonitatis illā abūdā
tiam qua ita se cōmunicat nobis q̄si ex nobis ip̄e de
pendeat digne explicabit? Sed vt pauca ꝓ deuotio-
nis excitatione ꝛ hic dicātur: notandū ꝙ clemētia ei9
patescit si cōsideremus quō veniat. ꝛ si ad quorū in
star veniat cōmeminerim9 De mō quō veniat pul-
chre dicit̄ in libro sp̄ūalis gratie. ꝙ septē mōis dn̄s ī
missa venire dignatur Prim9 est ꝙ dn̄s cū tāta il-
lic humilitate venit: ꝙ nullus tam vilis ibi ē q̄n ad
ipsum dn̄s hūiliter se inclinet ꝛ ad ip̄m veniat. si ta-
men hō ip̄m velit Secūdus est ꝙ venit cū tāta pa-
cientia ꝙ nullus tātus peccator aut etiā inimicus est
ibi quin ip̄m sustineat paciēter: ꝛ si ei recōsiliari velit
letissime oīa sua debita ei dimittit Terti9 est ꝙ tā-
to amore illic venit: ꝙ null9 adeo frigid9 ꝛ obstinat9
ibi est. q̄n ip̄m si tamē velit amore suo valeat inflā-
mare ꝛ cor eius emollire Quarta tam largiflua li-
beralitate venit. ꝙ nullus adeo paup̄ est quē nō pos-
sit copiose ditare Quinto se tam dulcissimū ꝛ deli-
ciosissimū ꝛ sufficientissimū cibum omnibus prebet
ꝙ null9 taꝫ eger: tam famelicus illic est: q̄n ab eo va-
leat curari refici ꝛ abūde satiari Sexto tanta clari-
tate venit ꝙ nullius cor tam cecū: tam tenebrosū est
ꝙ sua presentia non valeat illustrari ꝛ mundari.
Septimo tā plen9 sanctitate ꝛ gratia illuc venit
ꝙ null9 adeo segnis ꝛ indeuot9 ibi adest q̄n a suo tor
pore valeat excitari ꝛ ad deuotionē incitari

Valde hūil̄. patiēs. iflāmat amās pia dōat
Hic satiat. lustrat. d̄uoto torpor abibit.

Secūdo principaliter ei9 clemētia ex hoc elucescit
si cōsideres ad quoꝝ instar veniat ꝛ q̄ꝫta charitate.
Uenit em̄ instar oīm qui vnq̄ꝫ aliqua pietate alteꝝ P
visitauerunt. Uisitat eni deus verbum. Bern̄. teste
nūc vt medic9 languorē sanans. nūc vt sponsus ani
mā sibi copulās ꝛc. De quib9 mōis agitur in gradu
inuitatiōis. Et vere nulla silitudo huic qua nos vi-
sitat charitati cōueniens dari pōt Nullus em̄ amic9
ad alteꝝ inuisendū tam ꝓperauit. Nullus sitiēs taꝫ
feruide delectabilissimū potum desiderauit: aut mo-
riturus vitā cūctis mortalibus exoptatā taꝫ affecta
uit. Nullus deniqꝫ sponsus vnq̄ꝫ in thalamū ama-
tissime sue spōse insilijt: quali desiderio ꝛ affectu huc
ad nos in sacro aduenit deus

Nec sitiēs medic9. spōs9. moritur9 aīcus.

O charitatē. o dilectionē. Quis nō in obuiā tante
charitati ruet? Quis nō ammirans clamet: Quid est
homo qꝛ apponis erga eum cor tuū. Et hec de mō q̄
venit sub sacramento

Quid dabit aduenīēs tāta charitate §.vi.

q Q Uarto principaliter cōsiderandū quid dabit Z
scꝫ dn̄s aduenīēs tāta charitate. Uere largiet̄
munera iuxta magnificentiā suā Dator trā-
sibit in donū, dabit donū fidei electum scꝫ seipsum in
quēlibet desiderabilē vsum. Si sitis. fons tibi est. si
esuris cibus est. si langues medicina san9 electuariū
cōfortatiuum Omnibus omnia fiet. O q̄d vltra desi
derari potest. Nimis auar9 est. cui nō sufficit deus.
En dat corpus in cibū. sanguinem in potum. aiam
in redemptionem. sp̄ūm in viuificationeꝫ: oīa sua
opera op̄atur nobis in meritū. Dat postremo diui
nitatē in completionē omniū deslderioꝝ. Dat se to
tum in sacramentū cōmunionis: in sacrificiū recōsi-
liationis in viaticum peregrinationis. Dat se totū
in future glorie pignus certissimū. in celestis iocūdi-
tatis amabile preludiū. in iocale diuinū. in preciosū
clenodium. quia saphirum diuinitatis in auro hūa-
nitatis: quasi in pixide accidentium panis ꝛ vini ve-
latū. O donum preciosum. donū vtile. ꝛ quo meli9
poterit esse nihil. O quid retribuā domino pro om̄i
bus que retribuit mihi: presertim pro tam nobili do
no? Possent ad hanc cōsiderationeꝫ reduci effectus
nomina ꝛ portiones que infra

Unde veniat §.vij. Z

q Q Uinto cum ammiratione intuendū. vnde
veniet qui tanta dona confert ꝛ quo se incli-
net Uere a summo celo egressio eius hoc est

a celo trinitatis. Sed quo se inclinet intueamur Et ecce in vallẽ miserie nostre. Venit inq̃ȝ de monte ex cellentie in vallẽ humilitatis. De mõte potẽtie i vallem infirmitatis. De mõte glorie in vallẽ exiguitatꝭ ꝛ ignominie: dũ maiestas tanta talibꝰ se spẽbus iclinat. Hec ꝛ hmõi intuentes cũ Esaia exclamemus. Quis audiuit vnq̃ȝ tale: aut quis vidit huic silẽ Vere stupor ꝛ mirabilia facta sunt in terra. Et cũ Ber. supiora cõplectante dicamꝰ O mira querẽtis ꝛ aduenientis dei dignatio. o magna dignitas hõis sic quesiti. Si personã intueor venientis. nõ capio excellẽtiã maiestatis. Si attẽdo ad quos venit dignitionis magnitudinẽ: expauesco. si moduȝ cogito supra me est ꝛ nõ possũ ad eum Hec de gradu occursiõis i q̃ longiusculo imorati sumꝰ qm̃ bonũ est nos hic eẽ. et in hoc cõsistere gradu. Est em̃ in hoc gradu occursionis vsq̃ȝ ad accessionem sacramẽti ꝑsistendũ. Cõsiderationes presertim ille crebrius ad mentẽ sunt reuocande: vt valt dñs Bonauen. Nã qui hoc nõ facit: corpus dñi (ait quidã abbas) nõ rite diiudicat. ꝛ arida cõsuetudine accedit festinãs: nõ ex affectu deuotionis. sed ex defectu feruoris. Et ergo sicut vacuus accedit Ita inanis sepe ꝛ sñ gratia recedit. Hymnꝰ.

t Ibi iesu iuitãti. Occurrã letissime. Clamans voce suspirãti Dei rex dulcissie. Veni veni egrotãti Medens clemẽtissime

De gradu iterate p̃parãtiõis Capl'm. vij.

Terata p̃paratio. De qua ꝓpheta Beati qui parati sũt occurrere illi Nã ꝛ ꝟgines q̃ parate erant intrauerũt cum eo ad nuptias Et nõ est is gradus a ceteris: licet etiã sicut preparatorũ gradus indistinctus: differt em̃ in hoc. quia illi vesperi ꝛ mane tantũ exercent. sed is cũ ingruit accedendi tẽpus dum in ꝓcinctu est eũdum ad missã Illi mediati: is immediatus. Vñ aliq̃ triplicem p̃parationẽ assigñre solent

sc: remotã — p septiãnã vl' aliq̃t dies p̃uenire
sc: ꝓpinquaȝ — vt istãti cõionis die p gdꝰ exerceri
sc: primaȝ — in ꝓcinctu accessus se disponere.

Preparationem remotã mgr̃ ille venerãdus Gerardus groet. obsuabat q̃ per duos aut tres dies ante cõionis diẽ de nulla alia q̃ȝ de huiꝰ sacramẽti materia loqui volebat Sic aliq̃ silentiũ die precedẽti seruant aliq̃ ieiunant. Sed de hoc gradu hic loquamur Et ẽ postq̃ȝ hõ se per priores gradꝰ disposuit. dño tñ appropinquãte amplius se disponere querit Et hoc

per — sacramẽtalẽ purgatiõem — ꝯfitẽdo
per — dei ꝛ sctõꝝ iplorationẽ — sc: orando
per — itẽtiõis discussiõeȝ ꝛ passiõis ꝯmeõratiõȝ meditando.

Primo inq̃ȝ per sacramentalẽ purgationẽ ꝛ cõfessionẽ Nã iuxta patrũ decreta nullus ad tantũ sacramẽtuȝ accedere dȝ nisi peccata sua cõfessus. vt Gelasius dicit. Quod tñ intelligendum de mortalibꝰ vel spẽm mortalium hñtibus. Hinc cõicaturus se reflectat sup se ꝛ diligent examĩet ꝯsciaȝ suã. ꝛ pro posse vera ꝯtritione ꝛ humili confessione clarificet ꝛ mũdet eã vt digne suscipiat splendorẽ patris. Habeat cõtritionẽ generalẽ omniũ peccatorũ in generali. ꝛ si tempus patiat'. conquerat' dño sup aliquibus d̃fectibꝰ in speciali. deinde statuat emẽdãdi propositũ. quod vt ipleat imploret dei auxilium. Horum practica videatur in examiatorio conscientie infra folio.

Quomodo mens preparanda dei et sanctoꝝ inuocatione Mẽbrum secundum

E secũdo dicit Joãnes de turre cremata Ad iuuat preterea multũ ad habendã deuotionem ad disponendã aĩam ad dignã susceptionem huiꝰ sacramẽti orõ. Premittenda est ergo orõ multiplex. modo ad deũ: qui solus põt facere mũduȝ de imundo. ꝛ dignũ tanto sacr̃o. Implorãda ẽ ergo patris potentia quo mentem roboret ꝛ stabiliat. Filij sapientia: vt intellectuȝ illustret ꝛ illuminet. Spiritussancti bonitas vt affectum incẽdat ꝛ inflãmet ad digne sumendũ tantũ sacramentum. Habẽtur passim orationes huiusmodi cõposite ad singl'as ꝑsonas diuinas. imo ꝛ ad totã trinitateȝ simul q̃s legere poterit cui nõ datum fuerit posse meditari Habuit Augꝰ. orationes suas. Habuit Ambrosiꝰ suas. Sed ꝛ Ancelmꝰ. Thomas. Albertꝰ. vt quotiẽs deuotio defuisset hmõi orationibꝰ quasi q̃busdã follibus reaccẽderentur. Eligat sibi quisq̃ȝ ex tanto numero orationes sibi ꝯplacentiores Secũdo orationes dirigende sunt ad virginẽ matrem: de cuiꝰ honorabilissima carne corpus illud sacrũ formatuȝ est Sunt et ei certe orationes formate. Singulariter tamẽ ei eligẽda est oratio. Bernꝰ. Per te accessuȝ habeamus q̃ multũ est efficax ꝛ deuota. Et versiculus is frequentãdꝰ Ora virgo nos illo pane celi dignos effici. Item q̃ȝ oratiũcula ista. O virgo gloriosissima hũilima ꝛ misericordissima accede ad tuũ predilectissimũ filiũ ostendens et ei pectus sacrũ ꝛ quibus cuȝ lactasti beatissima vbera. Et ipse ostẽdat pro nobis patri latus: ꝛ que excepit sacratissima vulnera. Accedant omniũ electoruȝ preces ꝛ merita. ꝛ presta vt digne sumamꝰ tanta sacramenta. vt sic nulla sit repulsa vbi tanta sunt charitatis indicia. Amẽ. Audi nos maria. nã te filiꝰ tuꝰ nihil negãs hõrat. Salua nos iesu ꝓ quibꝰ virgo mater te orat. Habȝ Gerson inter suas orõnes etiã deuotã vnã plurimum erga virginẽ hñtẽ. ꝛ aliq̃ quiq̃ȝ. Et vere singulariꝰ hec ẽ inuocãda. Est em̃ eucaristie mater: quia mater gratie bone. Hec clauigera cellarioꝝ. cui hec aperuerit. mox est apertũ. Hec panẽ frangere potẽs. hec distri

bũtrix fructus vẽtris tui Nec quotidie splẽdide epu
latur. nõ negabit micas vlcerosꝭ ꝛ mẽdicis nob. q̃ꝛ
tot sunt lingue (fm Jobez Gerson) clamãtes ad su/
am miaꝫ. quot sũt vlcera nr̃aꝫ ostendentia miseriaꝫ
C Sunt t̃tio orõnes nostre ad angelicos illos spũs
emittẽde. qui qm̃ omnes sunt administratorij spũs
propter eos qui hereditatẽ capient salutis faciles et
presto sunt subministrare nob quecꝫ ad cõsũmatiõ nr̃i
perfectionẽ requisita. Diuites nãqꝫ sunt ꝛ habẽt ad
votũ cellaria regis. Proferũt de thesauris suis que
qꝫ voluerit noster interior hõ. Petitur ignis ꝛ cami
nus incendij. seraphin ardent Petiꝫ sal ꝛ lumẽ. che
rubin sapiũt ꝛ lucent. petũtur sedilia. throni hñt illa
Ministrat hec ĩpetrando summa hierarchia. Que/
ritur qui dñetur in cõuiuio. qui virtute parcat. q̃ po
testate tueatur. Hec secũda p̃t hierarchia. Queriꝫ
tertio vt ordo sit in cõuiuãtibꝫ offerunt se principa/
tus. subordinãt archangeli ꝛ angeli ministrant. Et
hec de nouẽ choris Singularius tñ cuicꝫ suus vicl
inuocandus cuiqꝫ angelus ꝑprius implorãd9 Sũt
etiam a quibusdã certe orationes ad singulos ange
lorum ordines cõfecti. ꝛ ad eos in generali. quarum
etiam vnã tangit Jobes de turrecremata in suo sa/
D cramẽtali Sunt postremo orõnes etiã ad ceteros
sanctorum ordines dirigende qui apud deũ sunt po
tentes. ꝛ valde erga miseros clementes. Unde nob
sunt necessaria quecꝫ ĩploranda ab eis vestimẽta nu
ptialia ne in tenebras mittamur exteriores. Et cui
multũ est implorare omnes singulis ferijs: vel singu
los sibi ordines. vt infra in septenis ponitꝫ: assumat
exorandos. Est vna letãia sctõꝝ super cõione hac cõ
fecta: que plurimũ huic exercitio deseruit. presertim
tamẽ ait de turrecremata illoꝝ sanctoꝝ implorãda
sunt suffragia: quorũ celebramus solẽnia. ꝛ eis est di
cendum. O sancte dei vel sancta quẽ vel quam diui/
nitas tanta vestiuit gloria sanctitatis. tanta subli/
mauit dilectionis singularitate ac maiestate virtu/
tis. Rogo supplico et exoro per virtutes tuas: per il
lud ardentissimũ charitatis incendiũ quo totus ar/
des in deũ. in hac solẽnitate tua in accessu ad sacruꝫ
altare tuũ sentiam implorationis auxilium cui9 cele
bro festum. Amen Jtidem ꝛ Gerson suadet dicẽs
ꝙ tunc in die bona ad eos venimus ꝛ fiducialiꝫ eis
dicere possumus. Prospera diem triumphalẽ tuuꝫ.
Tunc em̃ scꝫ in festis sanctorum copiosiores caris/
matũ reliquie a mensa beatoꝝ decidunt cõuiuarum
pauperibus ꝛ mẽdicis largiende ꝛc̃. Hec de prepara
mento orationũ. Quod nõ vsqꝫquaqꝫ cõtemnẽdum
licet nõ ab omnibus amplexandũ. Qui enim sacris
meditationibus inflãmare se nouerũt interius. his
nõ opus est legere vocales orationes exterius Quã/
q̃ꝫ tamen Augustin9 (vt creditur) ꝛ ceteri quiqꝫ cer/
tas orationes habuere.

Quomodo mens preparatur per intentio
nis recte discussionẽ Mẽbrum tertium

Et tertio dicit Bonauẽ. Qꝫ homo in accedẽ/
D do debet intentionẽ dirigere ad purũ affcm̃
et desiderium sanctum. ꝛ ad propositum ne
cessariũ. ne scꝫ ex consuetudine. ne ex vana gloria. sꝫ E
salubribꝫ causis attractus accedat Quõ autem ꝛ ad
que homo intentionẽ suam debet dirigere pulchre.
idem sanct9 doctor breui explicat orõne dicẽs Da mi
hi queso omnipotẽs pater ꝛ misericors deus. pater
clementissime imolare ꝛ percipe sacrosanctũ miste/
rium corpis ꝛ sanguis domini nostri iesu christi ad
placandũ te patrem per filiũ. deitatem per hũanita
tem. ad gloriam sancte trinitatis. beate marie. toti
usqꝫ celestis militie: ad recolendũ iesu christi passio/
nẽ. ad reddendũ vberem gratiarũ actionẽ. ad ĩpetrã/
dum iustoꝝ cõfirmationẽ. iniustoꝝ refrenationem
ꝓ cũctis humanis indigentijs ꝛ tribulationibꝫ sub/
leuandis. ad ꝯsequendũ augmentũ dilectiõis dei. et
ad accelerationem visionis eius. Per eũdem xp̃m
dñm nr̃m. Ecce hic vere cõplectuntur omnes ꝯmu
nionis cause ꝛ intentiões. de quibꝫ plenius infra in
gradu intentionis.

Quomodo optime disponitur per passiõis me
ditationem Mẽbrum quartũ.

Et tñ studiosius mens ꝑparanda per domi/ F
e nice passiõis cõmemorationem iuxta ei9 in/
stitutionẽ qui dixit. Hoc facite ĩ meã ꝯmeõ
rationẽ meaꝫ. Gratũ em̃ nõ habebit q̃cquid feceris
neglecto eo qd debes. nec fidelem illũ seruũ ducet: q̃
omissis mãdatis dñi ea facit que sibi cõmoda aut v/
tilia videnꝫ. quasi magistro sapiẽtior ipse. Hic nul/
latenus hec memoria intermittẽda. sed inter missa/
rum solẽnia: aut ante de domini passione de corpore
tradito est cõmemorãdũ. vt vult q̃dã deuot9 doctor
allegãs Augustinũ dicentẽ Peccat qui legit. peccat
qui orat. Nõ inquiens quod legere aut orare pctm̃:
sed nõ obtemperari mandato peccatum est. Domi
nus em̃ et magister p̃cepit facere in sui cõmemorati
onem quotienscunqꝫ fecerimus ꝛ nos mandato sur
di contẽnimus mandatorem. ꝛ sui calicis cõmemõ/
rationem precipienti. nõ fm suam: sed fm nostram
illi offerim9 voluntatẽ: quasi magistro ac tali mgr̃o
sapiẽtiores. siles fuo qui ad cenã dño calicẽ poscẽti.
tripodã porrigit. panẽ poscenti: cantharum tribuit
abiecta seruitute parere cõtemnens. aut saltem stul
te cõtra mandatum domini melius placere p̃sumẽs
Prosequitur hec lati9 ille qui supra. Ex cui9 dictis
liquet q̃ꝫ sit necessaria ꝯmeõratio ista: Hoc mechtel
dis illa nouit cui hoc moris erat. vt dũ cõicare vellet
xp̃i passionẽ diligẽter cogitaret. ꝛ qñ hoc negligebat
grauiter se deliquisse timebat: eo ꝙ dominus dixe/
rat. Hoc facite in meam cõmemorationem. qd sic
a dño docta intelligebat. vt cõmemoraret amorẽ eter/

num quo nos cū non essemus amauit. ⁊ presciēs ō/ nem defectū creauit. Item amorem inestimabilem quo filius dei tantis se passionib⁹ exposuit Itē amo rē inscrutabilem quo nostri sollicitus singul' nobis momētis intentus. Hec in visionibus mechtelō Quanta aūt sint ad hoc inductiua. ⁊ quō hec cōmeō ratio sit agenda tradetur infra pte scda folio

G Gradus accessoꝝ docentes modum accedēdi
Incipit prologus

a Ccedamus cū fiducia ad thronum gratie dei. ait apl's Heb. iiij. Acce/ damus in vero corde: in plenitudie fidei Hieremie. x. Et. ps̄. Accedite ad eum ⁊ illuminamini. Postq̄ er go hō per priora se disposuit ⁊ quod in se est fecit. ac/ cedat cum fiducia nihil hesitans. nō tamē suis ꝑpa/ ramentis. sed diue misericordie innitens. Naz nulla nr̄a industria. sed sola dei gratia reddimur digni ad accedendū ad tanta sacramenta. Qui ergo in predi/ ctis se exercuerit securus accedat. nil de indigna sum ptione vereatur. Nā is solum indignus mādicat. q̄ vel se nō probat. vel corpus domini n̄ diiudicat Quis quis autē suam imbecillitatē vel suā insipientiam. vel suam sterilitatem agnoscit et cōfitetur hic seipz probat. Qui vero propter hec remedianda recurren dum discernit ad panē viuificum. hic diiudicat cor/ pus domini. Quisquis ergo hoc de seipso probat. il/ lud aūt de corpore dn̄i sentit ⁊ iudicat. q̄tumcunqz arida mēte hoc faciat: cōfidenter accedat. edat ō pa/ ne certus quia fructū verum ⁊ efficaciam afferet cō/ tra indigentias spiritales. Et eius sentētie est. Do/ minus iohes ruysbroeck canonicus in suo de ornatu spūalium nuptiaꝝ. quē Dyonisi⁹ carthusienſ docto rem appellat diuinū. Postq̄ igitur homo missaz iu xta modū infra tradendum audierit: ⁊ illi se coapta/ uerit: se scz preparando dominicā passionē meditā/ do. Postq̄ etiam pro dignitosa tanti sacramēti sū/ ptione exorauerit domini pietate fretus deuot⁹ acce dat. In quo tamē accessu maxia est cura. ait Joan/ nes de turrecremata hr̄ida. quia fm deuotionē acce dentiū. vt vult sanct⁹ Tho. sacramētū operat' suuz effectū. Unde vt ⁊ hic modus aliquis habeat'. sūt ali qui accessoꝝ gradus assignandi: quos homo int' ac cedendum poterit assumere exercendos Postq̄ igi tur in audiendo missam passionis dn̄ice cōmemora uerit. postq̄ se profunde humiliauerit. que iuxta iu/ diciū domini Bonauē. optima sunt ꝑparamenta quo rum praxis patet ex supradictis. tunc voces has in/ uitatorias audiēs in directione cordis ad dominuz accedat Que intentionis directio summa ē necessa/ ria accedenti

Intentio gradus primus Capitulum octauū

i Ntentio. De qua. Si oculus tu⁹ mun dus fuerit totum corpus lucidum erit Quā necessarium est bene dirigere: qm̄ quātum intendim⁹. tantū (Ambrosio teste) agimus Et est qua intēdas acce dere. H

scdm — quorūdam formam: / finalem causam. / dispositionem requisitam

Quorundā formā. finalem. vel reqsitam

Scdm inq̄ quorundā formā Mō accedēdo vt re⁹ ad saluatorē. modo vt infirmus ad medicū fm illa puncta in gradu occursionis assignata. vt scz hoc vl' sili mō dicas. En domie iesu pastor bone accedo ad hunc panē vite viuū ⁊ viuificū sumendū multiplicit' a te inuitatus. Reuocētur hic verba dn̄i iesu ad mē/ tem quib⁹ inuitat ad sacramētum. dicēs. Uēite ad me oēs qui laboratis. Qui mādicat meā carnē Ni/ si mādicaueritis. Delitie mee sūt esse cum filijs ho/ minū. ⁊ hmōi. Dulcedine quoqz ac multiplici al/ lectiuo attractus. Hic meōrentur inuitatoria acces/ sus que habent' in gradu cōsiderationis. ibi Laus ⁊ amor. gratus. folio supra Postremo ⁊ magna mea necessitate impulsus. Hic vnde necessitas com probetur. q: nō accedere ex notabili negligentia ē dā nabilis culpa. His inq̄ tantis ac talib⁹ induct⁹: co/ ram te venio. ⁊ te deū meum sub hoc sacramēto ve/ raciter ⁊ realiter cōtentū sumere exopto. Utinā vel possem digne. Uenio inq̄ creatura corā suo creato re. ouis morbida corā pio pastore. venio vt re⁹ mult/ (culpe pariter ⁊ pene) malis expositus corā liberatore ꝑ̄ssimo. Ut infirm⁹ oi morboꝝ gn̄e languēs coraz medico efficacissimo. ⁊ sic de singul' supratact/ pūct/ miseriam aggrauādo. ⁊ ad singulares defect⁹ descē/ dendo. Aut vt vult Gerson i tractatu nono sup ma gnificat dz hō in accedēdo assumere formā q̄rundam cū quib⁹ dn̄s iesus ꝯuiuia fecit in terr/ Nūc. s. instar marthe ⁊ magdalene. Nūc vt socr⁹ symonis. nūc vt matthe⁹ aut zache⁹. ⁊ sic de alijs euāgelicis ꝯuiuijs in q̄b⁹ deuotū est exercere. vt ibi strictim deuote tan git Hec de primo.

Quō intentio dirigenda ad finalē cau/ sam Membꝝ secundum I

f Cdo intentio dirigenda est ad finalē causaz vt scz ideo se accedere dicat: ⁊ ob finales illas rationes ꝓpter quas dn̄s iesus sacr̄m institu/ ens voluit ⁊ cēsuit attēdēdū Puta ad sūme ⁊ indiui due trinitat/ glaz. pp scōꝝ hōrē ⁊ salutē nr̄az. vt Bo/ nauē. tāgit i sua orōe imediaci⁹ sup̄ signata Prefri iuxta Ubti. itentio ē dilatāda ad vniuersal' eccl'ie sa lutē: qm̄ sic oim merit/ singl'ari⁹ pticipam⁹

Mēbꝝ tertiū quo ad dispōnem requisitā K

t Ertio intentio est dirigenda ad dispositio nem requisitam. vt quam actu nō habem⁹

saltē intentiōe ꝛ affectu teneamꝰ Nā q̄cquid hō opa
ri ꝛ agere desiderat ꝛ nō p̄t: deus accipit tāq̄ȝ opus.
Desideriū em̄ pauꝑm dn̄s exaudiuit. Un̄ his mōis
hō dirigere debet intentū dicēs pleno corde

Credo. scio. volo. ꝯiugo meo̅ꝛā̅. amo tēdo

Primo ergo dicēdū Credo. i. venio in firmissima sacre fidei actuatione. te hic veraciter ꝛ realiter ꝯtentū ꝓfitendo. Et ē tunc hic fides actuāda: de cuiꝰ iductiuis ꝛ prari dicet̄ infra folio Huiꝰ actuatiōis exēplum pulcherrimū hēmus in btō Hieronimo. q̄ h sacr̄ȝ (vt in eꝰ obitu eusebiꝰ scribit) sūptiꝰ fidē suā deuotissime actuabat. Et hoc vt ex verboꝝ eiꝰ illic serie patet tripliciter.

s. q̄ ad dīnitatē / hūanitatē / sacri huiꝰ ꝟitatē — illā magnifice ꝯfitēdo / ꝑ totū ꝺcursū ꝯmcō/vere ꝓfitēdo (rādo.

Et dignū cōsultu eēt vt oīs cōicaturꝰ illa verba legeret. ꝛ modū illū meōꝛie cōmendaret. qm̄ ignitissiā sunt q̄ illic dicūtur. Dicit eni. Tu es deꝰ meus ꝛ dn̄s meus: q̄ pro me passus es. an forte aliꝰ! Certe tu es ille qui cū deus esses solus añ oīa tpa sine principio a deo prē genitus. eterna ꝛ inuestigabili generatiōe qui cū patre ꝛ spūsctō vnꝰ es deus. ꝑmanēs illd ideȝ qd eras ꝛ es. Intra vniꝰ puelle corpusculū te clausisti: factꝰ hō sicut sū. vere ꝛ deꝰ ꝛ hō es. Cōfirmatiōnē adijcit. rōne fidē stabilit ꝛ oīa profitet̄ vite decursū. passiōis tormentū. glīe triūphū fide ꝑstringit. ꝛ in aduētu ad iudiciū actuationē suā cōcludit. Deide ad sacr̄m se ꝯuertens catholicā edisserit fidē. Quisquis igitur fidei actuationē discere volet illic legat ꝛ dignū hȝ exemplar. Et plurimū hmōi actuatio ē necessaria ꝛ vtilis multū. Oportet ei credere accedētēȝ Ad Hebre. xi. Et quo virtꝰ dignior. eo eiꝰ actuatio deo acceptior. Un̄ nunq̄ȝ est hec actuatio omittēda.

Scio §. ij.

Quis es tu dn̄e deus.

Tu

Altissimus super omnem terram.
Amabilis et amandus.
Bonus es tu ꝛ bonitas ipsa.
Benignus ꝛ beneficus
Creator.
Candor lucis eterne claritas
Deus quo maius melius ve nihil.
Dominus ꝛ diues.
Eternus et cunis.
Electus ex milibus.
Felix ꝛ fidelis
Gloria ꝛ gaudium
Honor et honorabilis
Iudex iustus internus
Karitas ꝛ charitatiuus.
Lux lex ꝛ liberalis.
Clemens misericors ꝛ mitis

Cdo dicēdū est Scio. h ē venio ad te in plena mee vilitatis ꝛ nihileitatis recognitiōe ꝛ repñsentatione. me. s. ex me indignissimū ob dmerita cōfitēdo Un̄ hic dȝ seip̄ȝ hō quātū poterit vilificare. et misias suas ꝛ principaliores defectus deo exponere cōquerēdo. Huiꝰ etiā gradꝰ exēplū vbi supra gloriosus Hieroni. dedit. Nūc se instar q̄rundā miseroꝝ vilificans. puta mō cecū. mō egrotū. mō peccatorē se ꝯpellans. Nūc defectꝰ ꝛ pctā sua in spē ordinati cuȝ gemitu ꝛ dolore exponēs omissa: ꝑiter et cōmissa aggrauans inferno se dignissimū (nisi a xp̄o in cruc ligno adiutꝰ fuisset) ꝓnunciās. Nūc ꝯꝑatione patruȝ antiquoꝝ se humiliās dicens. Nunquid ego melior sum q̄ȝ oēs patres mei! Tu moysi noluisti vno ictu oculi te mōstrare. ꝛ ecce nūc nō solū cum hoīe publicano ꝛ pctōre vis mā ducare. sed ꝛ teip̄m iubes ab ipso māducari. Ex q̄b patēt etiā tres mōi seip̄m vilificandi. — I

scȝ Miseris se similādo / defectus in specie ꝓfitendo / meliores intuendo

Habuit Arnoldus buederick modū talē se hūiliandi ꝛ vilificādi. Quia scȝ plura p̄dicata vilificantia habebat quib seip̄m hūiliabat: puta dicēdo se supbū inidū auaꝝ ꝛc̄. Et q̄d ꝓ magno viꝝ hūc in mediū duco. Hoc exercitiū genꝰ sūmis ill' ecclie colūnis vsitatissimū fuit. Augustinū Hieroni. ac ceteros sctōs loq̄r. vt eoꝝ libri testant̄. Videāt̄ ꝯfessiōes Augustini. Legat̄ altēꝝ capl̄m soliloqoꝝ: pleni inuenientur hmōi exercitatiōe. Quo q̄so ꝛ altero exercitio diuus ille Frācisꝰ totas expēdit noctes nisi dicēᵒ Quis es tu ꝛ q̄s sū ego idubie p̄dicata diuersa vl' ore aut mēte saltē applicādo. Qd exercitiū minꝰ capacib p̄ōptius sit ad manū liber facilē q̄ndā assigre modū sese vilificādi iuxta ordinē alphabeti a q̄busdā collectū Cuius alphabeti instar innūera alia possent formari

Et quis ego miserabilis peccator

Ego — M

Nouissimus omniū virorum.
Oribilis ꝛ odiendus
Malus ex (vt sic dicam) malicia totus
Malignus ꝛ maleficus
Creatura
Fuligo ꝛ cecus mente
Homo quo vilius peius q̄ȝ nihil
Seruus et pauper:
Temporalis et transitorius
Execrandus a cunctis
Infelix infidelis
Ignominia ꝛ tristicia.
Inhonorandus
Reus iniustus externus.
Liuidus et inuidus.
Tenebre exlex illiberalis.
Infirmus durus ꝛ immitis.

Nobilis nitidus et nominatus.
Opifex omnipotens et opulentus.
Plasmator pius plen⁹ et perfectus.
Qui es querens nostram salutem.
Rex redemptor rectus reuerendus.
Saluator sapiens ⁊ suauis.
Theos ⁊ terribilis
Uia veritas et vita
Christus vnctus pre participibus

Ignobilis obscurus bonis incognitus.
Opus impotens egens bonorum
Plasma impius vacuus imperfectus
Inquietus incurius salutis
Subiectus redẽptus Curuus spernẽdus
Perditus stultus et amarus
Antropos et cõtemptibilis
Deuius vanus ⁊ mortalis
Iniunctus malus christianus

Ecce hoc vnũ est alphabetũ cui⁹ instar poterũt a-
lia formari. Quod licet exiguũ sit verbis. grauidũ tñ
⁊ pregnãs sẽtentijs Nã qui se in eo volet dilatare il-
le posset ꝓprietates cuiusq; ꝑ rõnes cõsiderare. Dei-
de q̃; distet sua iꝑfectio a dei ꝑfectiõe diiudicare: illã
cõqueri plãgere ⁊ exaggerare. Et ab ip̃o deo ꝑ ꝓprie-
tates ip̃as ꝓ sue iꝑfectiõis ꝑfectiõe obsecrare: quẽad-
modũ facit scĩssim⁹ p̄ nr̃ Aug⁹ Uerbi gr̃a Tu al-
tissim⁹ suꝑ oẽm terrã Altus inq̃; nõ corꝑali mole s;
omĩpotẽti alta virtute: q̇ppe qui altissima potes: in
altissimis resides: hitas in colũna nubis. altissimus
suꝑ oẽ; terrã. Ego ãt nouissim⁹ viroꝝ. Bass⁹ ⁊ im⁹
fex ⁊ limus terre: q̃ per me nec sũ nec aliq̇d ꝑ me co-
gitare aut facere possũ. In imo vicioꝝ iacẽs Luto ⁊
lateri infuiens. O q̃; tu alt⁹ ⁊ ego bass⁹. Heu q̃;diu
sic tibi dissil'is ero qñ virtutib; inaltabor. Obsecro ꝑ
tuã altã altitudinẽ fac me virtute altũ ⁊c̃. Sic facit
Aug⁹. vt p; in soliloquijs. Uñ p; q̄ diu sic hõ singul'
immorari posset Et nota quẽadmodũ alphabetũ
istud factũ est ex ꝯrijs ꝓprietatib;. sic etiã posset fieri
de oppositis actionib; quẽadmodũ Aug⁹ facit hoc.
Miser ego de⁹ me⁹ qñ poterit mea obliquitas tue
rectitudini adequari. Tu amas silenciũ ⁊ solitudie;
Ego clamorẽ ⁊ multitudinẽ. Tu veritatẽ ⁊ mũdici-
am. Ego vanitatẽ ⁊ imundiciã. Tu in interioribus
ego in externis Sic etiã de virtutib; ⁊ vitijs fieri p̃t
Et hec de mõ vilificationis ⁊ humiliationis

N Tertio d; cõicatu- Uolo §. iij.
rus dicere volo. i. venio in ꝓpositoꝝ meoꝝ ino-
uatiõe. deinceps vitã emẽdare proponẽdo. Uñ hic
hõ d; ꝓposita sua inouare firmit' statuẽdo ea obser-
ua
re. ⁊ ꝓ eis obseruãdis diuinã demẽtiã ⁊ sacri hui⁹ effica-
ciã iplorare. Nulla ei sũt nr̃a ꝓposita nisi fuerit a dei
gr̃a cõfirmata. Et iõ iuxta quẽdã tã in ꝓposit; nr̃is
instabiles sum⁹: q; de nob nimiũ ꝯfidim⁹ ⁊ diuinum
auxiliũ nõ sat; requirim⁹ Uñ hec i ꝯspectu tãti sacri
dẽm⁹ statuere vt de nob diffidẽtes ab eo mereamur
iuuari. Modũ ꝓponẽdi ⁊ ad h̃ industria pleni⁹ vide
in ꝓpositario ꝓsecuta ĩfra folio Cõiũgo §. iiij

O Quarto dicat ꝯiũgo. h̃ ẽ venio in scõꝝ cõione.
eoꝝ. s. p̃cib; ⁊ merit; me ꝯmittẽdo ⁊ igerẽdo.
Uñ d; de suis ꝓpositis ⁊ p̃pamẽtis hic hõ plene dif-
fidere ⁊ scõꝝ q̇ illic sũt p̃cib; ⁊ merit; se ꝯmittere. in-
mo ⁊ d; vt dñs mechteldi docuit scõꝝ sibi merita et
d̃sideria assumere Et in tali intẽtiõe sacr̃m velle su-
scipe ac si oẽ d̃sideriũ ⁊oẽ; aõrẽ q̃ vnq̃; scõꝝ corda fla-
grarũt hũit. Sicq; i altissiõ aõre q̃ possibile ẽ cor hũa-
nũ affici ad deũ accedere. Et ego inq̇t dñs mechtel-
di illũ aõrẽ in eo suscipiã nõ ꝓut es i eo. s; velut si ta-
lis ac tãt⁹ eẽt q̃ntũ eẽ ille volebat Hec ille Quã doc'-
nã nr̃ Tho. Kẽpis isecut⁹ erat cũ cõicatur⁹ dicebat.
O de⁹ me⁹ aõr etn⁹ cupio te suscipe cũ vehemẽtissiõ
desiδrio ⁊ dignissiã reuerẽtia: q̇b; vnq̃; except⁹ es ab
aliq̇ scrõꝝ. Et l; indign⁹ sũ oĩa illa sentimẽta deuo-
tionis hñe: tñ offero t' totũ cordis mei affcm̃. ac si oĩa
illa q̃cissiã iflãmata d̃sideria sol⁹ hñe;. Dñe de⁹ me⁹
cũ tali affcũ reuerẽtia laude ⁊ hõre. cũ tali q̃titudine
dignitate ⁊ amore. cũ tali fide spe ⁊ puritate te affcõ
suscipe: q̃li ⁊ q̃nto te suscepit virgo maria: ⁊ p̃cursor
tu⁹ iohes ⁊c̃ Req̇ra t' i li. c⁹ d̃ sacro Meõrãs. §. v

P Quinto dicit ꝯmeõrãs h̃ ẽ. Uenio i d̃uota pas-
sionis ⁊ bñficioꝝ tuoꝝ ꝯmeõratiõe tuo p̃cep-
to in h̃ obediẽdo q̇ h̃ in tui ꝯmeõratiõe; fieri iussisti
Uñ h̃ passio dñi ad mentẽ ẽ reuocãda. ⁊ et'no p̄ri p̄ñ-
tãda. vt cũ Bõauẽ. dicã⁹ Ecce celest; p̄ r̃colẽs mortẽ
vnigẽiti tui dñi nr̃i offero t' hostiã quã ip̃e t' oli obtu-
lit ꝓ mea ⁊ toti⁹ mõi salute Recordare q̃ illi⁹ sacro-
scti sudor;. respice illã ṽginea carnẽ verberib; crude-
lit' flagellatã. colaphis cesã. liuorib; tumidã. sputis
maculatã. clauis ꝯfitã. lãcea vulneratam. Illa q̃ pie-
tas q̃ filiũ tuũ traxit ⁊ vicit vt in statera cruc; totius
mõi p̃cta libraret. Ip̃a te cogat p̄ miserere nr̃i ⁊c̃.

N Sexto dicẽdũ amo. h̃ ẽ Uẽio Amo. §. vi.
in ardẽtissime illi⁹ charitat; q̃ h̃ sacr̃m istitui-
sti vniõe ex ea q̇cq̇d mi⁹ feruor; hẽo mihi vsurpãdo.
O q̃l' caritas i pectore illo diuo dñi ih̃u exarsit qñ di-
xit Desiderio d̃sideraui h̃ pasca mãducare vobiscu;.
O desideriũ. o d̃siderani. O aĩa xp̃iana putas d̃siδri-
u; h̃ iminutũ sit ꝑ gl'a;. vt ⁊ ñc nõ d̃sideret tecũ mã-
ducare suã cenã. Hoc igit' d̃sideriũ i te excipe. Huic
te cõicatura ꝯiũge vt i h̃ p̄rẽ suscipiar; Tẽdo. §. vij

R Septio dicat tẽdo. h̃ ẽ vẽio i rcã ⁊ xp̃iformi itẽti-
one. ob h̃. s. ꝑꝑ qδ istituit accedẽdo. Et h̃ itẽtio
ẽ dirigẽda fm modũ ⁊ formã iã suꝑ ꝯmeõratã sub q̃-
du itẽtiõis. vt; fo. Postrẽo q; i resurrectiõis oc-
taua istδ final'r. s. a dño iesu itẽrũ ꝯsũmabit' ⁊ erit. ẽ
dicẽdũ Uẽio i ꝑgustãda fut'e btitudis ꝓmissa ꝑfrui-
tiõe Illi⁹. s. acceleratiõe;. l' saltẽ acceleratiõis deside-
riũ d̃uotissiẽ exoptãdo. qñ tu p̄ honorab me ꝑ ꝯfes-
siõe; ad mẽsam tuam Tu fili⁹ humanitate precin-
ctus ministrabis mihi peruigil (⁊ si dicere fas est) vt
emptici⁹ fu⁹ Tu sp̃ũsscũs in oĩ plẽitudie tuã mihi

influes dulcedinē bonitatis. Est eñ hoc sacr̄z vt ait Albertus tipus q̄daz eterne fruitiōis. Hec plenius ꝓsecuti sumus ob causas meōratas Et pro regl'a no ta ꝙ singuli hij intētionales grad⁹ fieri debēt orādo obsecrādo. ammirādo. exclamādo. ꝛ inuitationē ad singulos gradus subnectēdo vt semꝑ dicat. Susci/pe me ſm eloquiū tuū ꝛ viuā. ꝛ nō ꝯfundas me ab ex pectatiōe mea. qua scʒ te excipe in sacr̄o desid̄raui

O intētu fac me rectū Panis ꝑdulcissie. Sacramētum q̄ electū Victimē sctissime. laudē tuā ꝛ ꝑfectū Preitendēs aie.

Verū qm̄ in Deutcronomio scriptū est. Adora/to domino deo epulaberis. Ideo sequitur

Adoratio. gradus secundus. Capl'm. ix.

Adoratio De qua in. Ps̄. Adorate dñʒ ꝛc. Et ē honor qui debet creatori ex de/bito seruitutis quo obligamur nō solū nr̄a sed ꝛ nos ip̄os impēdere ꝓ suo ho/nore in recognitionē sue dñationis. et bñficioꝝ. sueqʒ imense bonitatis nobis ostense. Et ꝯplectitur in summa tria. s. timorē. amorē. honorē Que oriūtur ex tribus aꝓpriatis triū personarum in sctā trinitate.

Nā timor / honor / amor ex ꝯsideratiōe oīpotētie ꝛ iusticie / maiestatꝭ ꝛ sapie / bonitatꝭ ꝛ clemētie.

Ex his cōsequenter deriuātur oēs latrie actus ꝓ/ut pulchre Gwilhelm⁹ ꝑisienß. in libro de fide ꝛ legi bꝰ declarat. Et habent hec cōcurrere in oī adoratio/ne. Verū ꝑut hic sufficiat debet hec adoratio fieri h̄ modo.

scʒ nihili faciēdo nos ꝛ ꝑsternē° / vtrāqʒ naturā adorādo / illi totaliter te submittēdo ꝑpt̄ oīpotētiā / sapientiā / clemētiaʒ

Oportet eñ ꝙ hō sūma humilitate accedat. In/de quidaʒ altissimā attēdens dei maiestatē. hic suaʒ intuens (vt supra dcm̄ est) indispositionē ꝛ vilitateʒ vt sic se totū nihili faciat. ꝛ pre āmiratiōe cuʒ sancto Francisco exclamet. Quis es tu dñe deus meus. q̄s es tu. ꝛ quis sū ego. Crebrius hoc ꝓfunda attentiōe repetēdo quod integra franciscus exegit nocte. vt pʒ in vita eius. Et cum Hierono. dicam⁹ Dñe q̄s ego sum vt sim dign⁹ ꝙ intres sub tectū meū? Meruit hoc peccator hō? Certe dñe nō sum dign⁹ Hec ille Et hic fient actus illi latrie qui ex timore oriūtur. vt sunt pudor. dolor. suspiria. lachryme. pectoꝝ tōsio/nes Secūda est ip̄a fides actuāda ꝛ vtraqʒ in xp̄o natā adorāda. ꝑut docetur in tractatu dñi Joannis ruysbroeck. Ecce spōsus Vñ hoc mō est h̄ ꝓcedendū vt sic dicat. Adoro te naturalē dei filiū oim reꝝ pri/mū principiū. saluatorē meū. futurꝝ qʒ iudicē: ꝛ retri/butorem meritoꝝ: dñm meū iesū xp̄m: veracit ꝛ rea liter sub hoc venerādissimo ꝛ altissimo sacr̄o ꝯtentū de spū sctō ex maria virgine ꝓ nr̄a salute incarnatū. trigintatribꝰ annis in terris laboriosissime ꝛ dolori/sime nimis cōuersatū. passionē ignominiosissimaʒ: atqʒ acerbissimā pro nr̄a redēptiōe passū. Postqʒ de uictū mortis aculeū ad dexterā p̄ris residentē. iugit pro nr̄a salute interpellantē. ꝛ nūc tāta dignatione ad me tam d̄spicabilē ꝛ nequissimū vermiculū aduenientē. ꝛ teip̄m mihi in sacramentū: sacrificiū ꝛ viati/cum tāta charitate tribuentē. Te laudo. bñdico. te adoro.

Xp̄a corpus veritatis. Xp̄i sāguis aīa Sup bone deitatis Salutaris victima. Vos adoro pietatis latria perintima Salue panis ꝑdulcose Salue pot⁹ grē. Salue spūs dignose Sacre eucaristie. Salue deus gloriose Cibans plena facie.

Inuitatio gradus tertius Capl'm. x.

Inuitatio De q̄ Ps̄. Ignis añ faciē ei⁹ precedet Vbi Berñ. Necesse est ignem preire desideriū vbi veniet fili⁹ dei Et re cte subsequit iste gradus precedentem. Nā sicut ille effectus ē reuerētie ꝛ timorꝭ vt pʒ. Sic is grad⁹ scʒ inuitatio effect⁹ ē desideriū et amoris Et debet

fieri Desiderādo intimis desiderijs / ꝯformādo se sctōꝝ patrū votis / orādo pijs obsecrationibus

Te cupio. sctis fil'is. pi⁹ obsecro per te

Primo inqʒ instāter desiderādo ita vt hō cū Ber nardo dicat. Desidero te milies mi iesu qñ venies. me letū qñ facies. me de te qñ saties. Et cū Ps̄. De fecit in salutare tuū aīa mea ꝛc. Vt cū spōsa clamet Veni dilecte mi ꝛ apph̄endā te. ꝛ hmōi.

leuitatē	catōeȝ	agilitatē		difficultate.

Ut ſic dicere poſſit. dñe q̄nq̄ȝ talenta tradiſti ⁊c̄ Et le
tus audire. Euge ſerue bōe ⁊ fidelis intra in gaudiū
⁊c̄ Quito rōnem de tp̱e reddemꝰ qd nob ꝯceſſit ds
quo p̄cioſius nihil Uñ ſicut nō peribit capillꝰ de ca-
pite. ſic nec momentū de tp̱e de quo nō exiget̄ rō quō
a nobis fuerit expenſū qd tā gratioſe cōceſſuȝ. Und
hoc metuēs Ancel. dicebat O lignū aridū ⁊ inutile e
ternis ignibꝫ dignū qd rñdebis in illa die cū exigetur
a te vſq̄ȝ ad ictū oculi oē tp̱s viuēdi ipenſuȝ qualiter
a te fuerit expenſū: Juxta illud Trenoꝝ. vocauit ad
uerſū me tp̱s Sextū vñ ratio exiget̄ eſt de bōis for
tune. i. bōis tp̱alibꝫ ⁊ fortuitis Juxta illd Eccs. xj.
Jn bonis ſit cor tuū ⁊ ſcito ꝙ ꝓ oibꝫ his adduceȝ te de
us in iudiciū. ſ. de diuitijs. delicijs. hōribꝫ. Quō his
ſūt vſi quō inde alijs ſubuenerūt Et ḡ dr Abacuc. ij.
Lapis de p̱iete clamabit. ⁊ lignū qd eſt int̄ iuncturas
edificiorū ⁊c̄. Paup̱ibꝫ ergo de his ſubueniamꝰ i vſ-
ſus bonos cōuertamꝰ ⁊c̄. Septim eſt de fctis pro
prijs rōem reddituri ſumꝰ tā de bōis q̄ȝ malis Cun-
cta eñ adducet in iudiciū deꝰ. Etiā de quolibȝ paſſu
quē gradit̄ hō q̄ppe cuiꝰ oēs ſemitas ꝯſiderat. Et qd
dicimꝰ pro magno de greſſu cū rō exigēda ſit de omī
op̱e. verbo. cogitatiōe. Nā de oi verbo ocioſo reddi-
turi ſumꝰ rōnē. Et de op̱atione ⁊ cogitatiōe ysa. dicit
Ego aūt op̱a coꝝ ⁊ cogitatiōes venio vt iudiceȝ. Jn
cogitatiōibꝫ eñ ip̄ij interrogatio erit ⁊ ip̄e cogitati-
ones nrās ait ſapiens ſcrutabitur Oia ergo op̱a cogi
tatiōes ⁊ verba tūc erūt exaiāda. Nam ſic iuxta gre
go. deꝰ vias nrās cōſiderat ⁊ greſſus dinūerat vt nec
mīme cogitatōes aut verba minutiſſima q̄ apd nos
viluerūt. in ciꝰ iudicio indiſcuſſa remanebūt. imo nō
ſolū iudicabit de malis ſȝ etiā de bōis Juxta illd. ps.
Ego iuſticias iudicabo. q̄. ſ. intētiōe. attētiōe. affcō-
ne ⁊ ſtatu ſint facta Jta ꝙ vere abbas yſid. dixit. ꝙ
ad diſtricti iudicis examē nec iuſticia iuſti ſecura eſt

Octauo rō reddēda erit de bonis omiſſis q̄ facere
debuiſſemꝰ. propoſuimꝰ. potuiſſemus Jſtud reco-
gitemꝰ ⁊ viriliꝰ ⁊ fortius bona agemꝰ Nono rō re

ritur ſup̱ bñficijs ſcꝫ Generalibꝫ. ſpẽalibꝫ. ꝛ ſingula
ribꝫ de q̃bꝫ nil qđ digne retribuemꝰ habemus Hinc
Job iij. Si volueris iudicio ꝯtende re non eſt qui re/
ſpondeat vnum pro mille Poſtremo rõnes redde
mus de diuerſ artificijs ꝛ hoīm offitijs. vt a clericis đ
officio p̄dicationis clericatꝰ p̄ſbiteratus. quõ ſacra/
menta ãminiſtrauerunt docuerũt. Item de ꝓximis
Unicuiqꝫ em̄ mãdauit deus de ꝓximo. p̄ſertim pat
reddet de filio Prelatus de ſubiecto ꝛc̃. vt declaratur
in nouiſſimis ꝛ Speculo morali. Hec itaqꝫ recorde
mur in hoc tp̱e vt tunc ſecuri ſimꝰ de reddẽda ratione
Nã citius veniet qñ non dabiť ſpaciũ ꝯputandi Iux
ta em̄ ẽ dies domini ꝛ veniet vt fur ĩꝓuiſo Sp̱ ita
qꝫ nos diſponaꝰ vt rationẽ reddere poſſimus ꝛ grãꝫ
corã eo iueniamꝰ. ꝛ miſericordiã ĩplorẽmꝰ vt miſeri
corditer nos dijudicet nõ diſtricte rõem exigat.

De terribili ꝛ horribili ſentẽtia iudicis ꝛ eam ſub/
ſequentibus Capitulũ vij.

Hain de tertio principali ſcꝫ de ſñia ꝛ eã ſubſe
quentibꝫ videndum .ideſt breuiter de his tribꝫ

Scꝫ
Sententie qualitate ꝛ ꝓlatione
malorum a bonis ſeꝑatione
iudicij execucione ꝛ ꝯcluſione

Primo inqꝫ de ſñie qualitate. ꝛ ꝓlatione Et quia
duplex ꝓfertur. ſcꝫ pro bonis ꝛ cõtra malos. de bo/
nis nil ꝓſeq̃ndũ niſi qꝫ bonoꝝ ſñia p̄mittiť vt dei lar
gitas q̃ ꝓnior ad dãdum p̄mia ẽ q̃ꝫ ad infligẽdũ ſup/
plicia manifeſtetur Et vt ĩpiorum tormẽtum exag/
gereť dũ coꝝ leticiã vident ꝛ ĩpi terrendũ examẽ expe
ctant Eſt autẽ ſententia hec malorum ſup̱ õnia reli
qua metuenda ꝓpter iſta.

Recta. ſꝫ inẽta. ſtans. finis. non toleranda

Primo reddiť ſñia hec terribilis eo qꝫ potiſſima ꝛ
rectã dinoſciť ab eq̃ſſimo iudice data Iudicabit ei or/
bem terraꝝ in iuſtitia ꝛ ꝓplꝫos in eq̃tate Ita qꝫ nil erit
ꝯ ſñiam obiectibile vt in p̄nti Septem nãqꝫ modis
iudiciũ iſtud ꝑuerti p̄t quorum nullũ illinc valet Nõ
em̄ ſubuertetur

timore — fortiſſimꝰ ẽ nullũ pauens
auaritia — ditiſſimꝰ ẽ nullius ĩdigẽs
odio — amat oĩa q̃ fecit nec odit
Aut aĩcabilitate ꝓpe q̃ — eq̃ſſiꝰ ẽ ꝑſonã nulliꝰ capiẽſ
Ignorãtia — ſapiẽtiſſimꝰ falli nõ p̄t
miſericordia — ita iuſtꝰ vt miorẽ ꝓ merit tribuẽs
ſeueritate — iuſtꝰ ꝛ ſp̱ miaꝫ ĩ iudiciũ exaltans

Proſequitur hec Anthoninꝰ in quarta p̱te ſumme
Ex q̃bꝫ facile cõprehẽditur qꝫ dei iudiciũ de iniq̃tate
non poteſt accuſari vñ ſp̱ vt equiſſimũ debet timeri

Alterum ſententiã aggrauans ẽ eius incertitudo
Nam multi dicent ei adhuc tunc dñe dñe nonne in
noīe tuo prophetauimus ꝛc̃ quibꝫ dicetur Non noui
vos Neſcit em̄ homo an amore aut odio dignus ſit
omnia iam in futurum ſeruanť incerta. Et ergo ab/
bas agathon dixit Intima ꝟtute qua potui manda
ta dei cuſtodiui. ſed homo ſũ ꝛ neſcio vtꝝ opa mea
accepta fuerint corã deo Quia aliter ſunt iudicia di
aliter hoīm. ꝛ ideo timeo nec cõfido niſi venero añ de
uꝫ Tertiũ aggrauãs ẽ qꝛ ſentẽtia illa ẽ irreuocabiľ
ſed permanſiua. nec vllꝰ modꝰ eã euadẽdi aut infir/
mãdi ſicut ſentẽtie hominum.

Nõ em̄ eſt
Poteſtas reſiſtendi
locus latendi.
facultas appellandi
poſſibilitas inflectendi

Quartũ aggrauatiuũ ẽ quia eſt ſñia finalis poſt quã
nõ eſt expectãda altera Iudiciũ em̄ vt dꝛ Prouerb.
xvi. determinat cãs. nimirũ q̃ ĩponit finẽ ꝛ flagicijs ꝛ
rectitudinẽ p̄bet in dubijs manẽs tota vt dcm̄ ẽ irre
uocabilis ꝛ ĩmutabilis. Quintũ ẽ qꝛ eſt duriſſima ac
intolerabilis oĩbus iure metuẽda ꝛ horribiľ. Eſt em̄
auditio mala verbũ aſꝑm ꝛ vox dici amara. vñ q̃dã
Iudicis in lite breuis ẽ vox ite venite Diceť reprobis
ite. venite probis Aſꝑa vox ite. vox ẽ benedcã vẽite.

Nã hec ſñia ẽ
ſeꝑatiua
exꝓbratiua
penaꝝ ĩflictiua
oĩs voti excluſiua
cũ dꝛ
diſcedite
maledicti.
in ignem.
eternũ

Primo inq̃ꝫ ẽ ſeꝑatiua a dei facie ꝛ ſcõꝝ collegio A fõ
te vite ꝛ ab oĩ bono Tolleť em̄ ĩpius ne videat glĩaꝫ
dei Dicet ei Diſcedite niſi forte pctõr videbit ꝛ iraſce
tur Et hec ſeꝑatio ẽ pena dãni maior oĩ alia pena.
Uñ ꝛ Greg. nazãzenꝰ affirmat. Qꝫ proiectio a deo
grauior erit oĩ ſupplicio Secũdo eſt exprobratiua
Nã poniť exprobratio ignominioſa. i. maledci. Qđ
valde auditu aſꝑm Quãti q̃ꝑpe hõris ẽ ꝛ preconij a ſũ
mo iudice cõmendari. tãte cõfuſionis eſt ꝛ obprobrij
ab ĩpo exprobrari ꝛ dici aut nõiari maledci. O q̃ꝫ ito/
lerabilis cõfuſiõis erit hec maledci exprobratio ſup̱/
bis ꝛ tumidis ab ore tãti iudicis. in cõſpcũ tãte mul
titudĩs Iſtud recogitemꝰ dũ ab hõibꝰ exprobramur
ꝛ patienter propter deum feramus vt hanc tũc eua/
damus. Tertio eſt penarũ inflictiua condem/
nans primo ad carceris incluſionem quia in. ſecũdo
ad ignis cõbuſtionem quia ignẽ. tertio ad liberatio/
nis deſperationem. quia eternũ. demonũ aſſociatio/
nis qui ꝑatus eſt diabolo et cetera. Omnis etiam ar
bor que non facit fructum in ignẽ mittetur. Et iure
in ignẽ mittẽtur tormentorum qui exarſerunt igne
cupiditatum ꝛ vitiorum. O cõſidera hunc ignẽ
Quarto eſt hec ſententia omnis voti ꝛ deſiderij ex/
cluſiua. Nam ſeptem poſſunt cõſiderari que oĩa
per hanc debent negari. Primo poſſunt dicere dã
nati Dñe ſi regnũ tuũ intrare nõ poſſumꝰ. ſaltem ꝓ
pe ianuam ſimus. Sed dicitur Diſcedite. Secũ
do orare poſſunt Saltẽ circa te etiã ſĩ gaudio ſimꝰ

Sed rñdet a me Tertio si dẽmus abcedere vel'bñ dicere. sed dr maledci Quarto ne torq̃amur. ſ3 dr ĩ ignẽ Quinto vt saltẽ post milia annorũ de incendio liberemur. ſ3 dr eternũ Sexto si sic saltẽ demonem pessimũ nõ videamꝰ. ſ3 dr q̇ patꝰ ẽ diabolo Septio saltẽ aliã societatẽ q̃3 demonũ hẽamꝰ. ſ3 rñdet. ⁊ angelis eꝰ Est ꝗ̃ oĩs voti sclusiua. q2 desideriũ pctõru3 pibit. Jure ergo metuẽda tãtoꝝ horribiliũ ↄtẽtiua. Et nota ꝙ nõ solũ est timẽda sñia pp seipam. ſ3 mlto ãplius pp eã pferentẽ ⁊ modũ dicẽdi Mallẽt eni3 si possent tũc igne ardere q̃3 ꝓlatione3 verbi a iudice tanto audire Nimis eñ horrẽdũ erit eꝰ vocẽ audire Nã vt ait Augꝰ. si sic cohors ⁊ ministri cecidẽrũt ad vnã vocẽ xp̃i morituri. q̃d facient sub voce iudicaturi Jp̃e siquidẽ rugiet tãq̃3 leo. Hic Amos. 3. Leo rugiet q̃s nõ timebit. Rugitꝰ eñ eiꝰ ait. yꝗ. vt leonis. hãc sp intonantẽ Hiero. pauebat. hãc ⁊ diaboli ↄtremiscunt. Nã interrogatꝰ cur tãtos in pctm̃ induceret. cũ tñ exinde suã penã augeret. rñdit Veꝝ est ꝙ penã meã aggrauo. ſ3 p h̃ diẽ iudicij retardabo Jllã ei diẽ sup oĩa reformido in q̃ durã illã sñiam me auditurũ expcõ. Jte maledci ⁊c̃ Et vt fulminationẽ illiꝰ sentẽtie saltẽ ad tps valeã retardare. iõ hõies nitor tã grauiter tẽtare O hãc nos paueamꝰ ne diabolo duriores simꝰ. ⁊ cũ ꝓpt̃a illiꝰ diei in q̃ sñia hec pferẽda ẽ q̃lita tẽ attẽdamꝰ ⁊ cũ eis metuamꝰ ⁊ coꝝ cõsilijs acq̃escamꝰ vt añ iudiciũ iusticiã pemus vt sic securi tũc stemus Amẽ

De bonorũ ⁊ malorũ sepatiõe. §. i.

D Nunc de maloꝝ a bonis videndũ est sepatione q̃ nis horrẽda ẽ ⁊ plẽa riore Nã in istãti ⁊ sine mora data sñia. erãt pati demões mi kfoꝝ aias ad inferos ptrahẽtes. Jn quoꝝ typo dr de mistris assueri ad suspendiũ amã patis Necdũ verbũ de ore reg' exibat. stati operuerũt faciẽ eꝰ fui regis. hinc Hugo. Tortores horribiles q̇ nunq̃3 mitent erũt pati vt data sñia te rapiant ad tormenta. tũc miserabilit̃ dices Susceperũt me sic leo patꝰ ad predã ⁊c̃ abstrahẽtes sc3 a facie dei ⁊ scõꝝ. O dolor ineffabilis. o pẽa indicibilis tã amarissime sepationis De q̃ Bernar. i meditatiõib3 Quisputas meror erit. q̃s luctꝰ. q̃ tristicia cũ sepabũtur mali a cõsortio iustoꝝ ⁊ visiõe dei. Certe dr Chry. in de repatiõe Nõnulli inquiẽs ĩpitorũ putant sibi satis esse ⁊ optabile videri. si tm̃mõ careãt iehẽna. Ego aũt multo grauiores q̃3 iehenna ẽ dico eẽ cruciatus remoueri ⁊ abijci ab illa gl'ia Nec put̃ ita acerba eẽ illa iehẽne supplicia. vt sũt illa de quib3 ait quidã deuotꝰ Torquet̃ is inquiẽs q̇ arcet̃ a ↄspectu xp̃i. Hoc crede mihi penis oĩb3 grauiꝰ ẽ. ⁊ h̃ ẽ solũ q̃d supat iehennã. Vere tũc peccatores infirmabũtur ⁊ ibũt a facie dei Juxta illud Hiere. xviij. Dorsũ ⁊ nõ faciẽ oñdam eis in die pditionis eoꝝ. Tristissimus eñ discessus ẽ a deitate Diiudicet hic meditãs si graue sit in pñti excludi a societate bõa. q̃to grauius erit diuorcium illud sempiternum.

De iudicij execũtiõe ⁊ penis dãnatoꝝ. § . ij E

Nunc de iudicij execũtiõe tangendũ Quõ. s. sic sepatis ip̃ijs a iustis. nõ satis hocerit ad pẽa3 sed mox execũtio fiet vt deijciãtur in ignẽ eternu3 ad penã illã sensibilẽ ⁊ eternalẽ Nõ eñ differtur pẽa data sñia Juxta illud yꝗ. xvi. Sedebit iudicãs ⁊ q̃rens iudiciũ ⁊ velociter reddẽs q̃d iustũ ẽ. Et vere velocit̃ q2 mox post sñiam fiet hoꝝ delatio ad penã sic sctõꝝ ad gloriã Juxta illud Math. xxv. Jbũt hi in suppliciũ eternũ O quid tũc erit his aĩ qñ ptãti demonum traditi deducẽtur ad ignẽ eterni supplicij vt illic sint sine fine in gemitu ⁊ luctu. pcul relegati a btã patria padisi in iehẽna. nũq̃3 lucẽ hituri iuxta quantitate3 culparũ penas passuri Tũc introibũt in inferiora t're tradẽtur in manꝰ gladij ptes vulpiũ erũt Tũc bestia illa detrudetur cũ suis caracterisatis in puteum demerget̃ babylon in pfundũ. Quis oro nõ expauebit ista. nis eñ horrẽda sũt Jta ꝙ vnꝰ dixit patrum Si possibile eẽt in aduentu dei post resurrectionem mortuoꝝ aias rursus exire a corpibus omnis mũdꝰ moreretur pre timore.

De varijs exercitãdi practicis circa iudiciũ. Ca. viij. y

Verũ q2 plures plus mouẽt fcã q̃3 verba Jdeo ponimus hic aliqua sensibilia q̇bus q̇ predicteis nõ mouetur possit ad cõpunctionẽ incitari. Et hoc vel per

Exemplorum remeõrationem.
Judicij huius crebram imaginationem
Plurimã in illud relatam exercitationem

Primo p exemplorũ remeõrationẽ. Vñ debent h̃ ad mentẽ vocari exẽpla de hoc dei iudicio q̃ sunt innumera de q̇b3 pleni sũt exẽploꝝ libri Secũdo poterit se duri cordis mouere ad cõpunctionẽ ⁊ pñia3 vt3 de abbate pastore p iudicij hꝰ crebrã imaginationem. Hinc magnꝰ ille abbas Euagrius solet sepe hortari ꝙ frẽs deberẽt diuĩ illud horrendũ iudiciũ imaginari. ⁊ quasi corã eẽnt sic timere lugere ⁊ metuere vt3 in vitaspatꝝ. Et sic se hõ deberet ↄstituere. ⁊ circũ circa hec videre Scilicet

Ecce deus. cahos ac itꝰ. foris. vndiq̃3 fror.

Hoc ẽ succinctius ꝙ vndiq3 erũt eis angustie. Nam supra apparebit deꝰ Judex iratꝰ. Jnferiꝰ cahos patens infernꝰ A dextris pctã accusantia A sinistris infinita demonia ad infernũ trahẽtia Jntꝰ vrgẽs ↄscia Exteriꝰ ardẽs mũdi machĩa Jbiq3 vix saluabit̃ iustꝰ cogitet ergo pctõr vbi manebit. Memi me a quodã venerabili patre vidisse figurã sub hoc scemate depicta3 ⁊ eũ in medio quasi cõstitutũ Sicut etiã narrat Alfonsus de heremita qui hec verba sepe scripsit. sepius legebat. sepissime sibi dicebat O aĩa mea scias ⁊ recognoscas quid oparis dũ potes. anteq̃3 venias ad iudiciũ. in quo leges oĩa q̃ fecisti. in rotulo cõsciẽtie vbi angeli a dextris. demones a sinistris vbi desereris ab oĩbus amicis ⁊c̃. Memẽto ergo mõ du3 po

tes creatoris tui Et hec recolēs tremebat flebat ⁊ fremebat Tertio poterit sibi bō īcutere ꝯpūctionē ꝑ variā circa iuditiū exercitationē Circa qđ varij varie se exercebāt Nā quidā prīm cuidā duri cordis dicebat ꝙ sꝑ īcrepationē illi⁹ iudicij corā oculis. habere dēret cogitādo ꝙ dēt deo occūrere ⁊ increpationē ei⁹ ⁊ scōꝝ sustinere Abbas āmon fribꝫ dicebat ꝙ talē cogitationē sibi q̄sq̄ formare deberet q̄lem latrones ⁊ iniq̄ q̄ sunt in carcere iudicādi. qui q̄runt frquēt. vbi ē iudex q̄ñ veiet ⁊ maloꝝ suorū cōscij flēt. Ita monach⁹ dēt aīam suā obiurgare ⁊ dicere Ve mihi quō habeo añ tribunal chr̄i astare ⁊ maloꝝ meoꝝ rationē r̄ddere Si inq̄t sic te exercitaueris saluus eē poteris Gerson āt venerabilis h̄ ꝓ exercitio habuit ꝙ ꝯmeōrando timuit ⁊ añq̄ ꝯueniret in curia iusticie puniēt appellauit ad sedē misericordie ꝯdonātis Iuxta ꝯsiliū apl'i dicētis Adeam⁹ ad thronū ḡcie vt misericordiā ꝯseq̄mur ⁊ grāz iueniam⁹ in oportuno auxilio Vȝ ḡson exemplar appellationis in suis opusculis Hec strictim de iudicio dei De quo q̄ velit legere verba ꝯpūctoria lōgi⁹ deducta Legat meditatiōes effrem ⁊ scōrum scripta Amen

Titulus xxxvij. de regione purgatoria Ca. i.

A s Ancta ⁊ salubris ē cogitatio ꝓ defūctis exorare vt a pctis soluāt̄ secūdi mach. xij. Sexta regio ē regio Purgatoria ⁊ infernalis. de q̄rum p̄ma ē ꝑ sc h̄ nūc disserēdū. quā Bernar. vocat regionem expiationis Ad q̄ȝ sepe recēdū ꝑ ꝯpassionē ꝑ coꝝ q̄ illic agūt̄ studiosā cōsiderationē. Multa eñ sūt q̄ nos ad aīarū subuētionē inducere dñt vt pȝ infra Ad c⁹ ingressum se sc cohortat̄ Btūs bn. in s̄mo nibꝫ de diuers̄ dicēs Vadā inq̄t in istā expiatiōis regionē ⁊ videbo visionē hāc grādē. quō pi⁹ pr̄ gl'ificādos filios in manu tēptatoris r̄linquat nō ad occisionē sed ad purgationē. nō ad irā sed ad misericordiā vt nō sint iam vasa ire apta in iteritū sed vasa mie ꝑparata ad regnū Surgā ḡ in adiutoriū illis Inꝑpellabo gemitibꝫ. iplorabo suspirijs orōibꝫ intercedā. satisfaciā sacrificio singulari si forte videat dñs ⁊ iudicet Vt laborē ꝯuertat in reqem miseriam ī gl'iam. ꝟbera in coronā. his eñ ⁊ huiusmodi officijs pt coꝝ pñia resecari finiri labor destrui pena Per curre igitur q̄cūq̄ fidelis es aīa regionē hāc expiacionis. ⁊ vide q̄d in ea fiat. ⁊ ī nūdinis istis fac sarcinā tuā affectū ꝯpaciēdi Hec bnar⁹. Suadet itidē venerabilis gerson. vt sic ad hanc regionem decram⁹ velut ad carcerē miseroꝝ ad coꝝ subleuādā miseriā. vt sic eis ipēdēdo miaȝ remereamur a deo misericordiaȝ

B ⁊ ad ipleam⁹ fraternā charitatē

Quod lata sit regio ista Cap. ij.

p Orro ⁊ eēa h̄ purgatoriū latissima ē r̄gio ista hñt q̄ varia in nūdinis ei⁹ ita vt q̄sq̄ ⁊ hic inueniet accōmoda sibi

	Intellectiu⁹	intellcūalia	illuminatiōes
Sciȝ	affectiuus	deuotiōalia	ad iflāmationes
	exercitatiu⁹	practicalia	opacionem

Vñ s̄m hec poterint distigui tres dicte h⁹ regionis

Quanta habeat h̄ ꝯsiderare studios⁹. §. i C

p Rimū igit̄ iuenit h̄ studiosus magnā copiā ꝓ exercitatione ⁊ illuminatiōe intellcūs. q̄ppe vbi innumera ⁊ quidem satis difficilia occurrunt ꝯsiderabilia Int̄cetera aūt h̄ principali⁹ ꝯsiderāda

Qȝ sit. qualis. vbi. cur. ē ne statū. q̄ reuelāt

Hoc ē vt apci⁹ dica⁹. poterit h̄ studiosus ꝯsidare scȝ

Qȝ purgatoriū sit	Quale sit ⁊ q̄liter sit	
Vbi in q̄ loco sit	Cur purgari ꝯtigat	h̄ āt breuit̄
De aīaꝝ purgādarū status qualitate		tāgēda
De earūdem apparitionibꝫ ⁊ r̄uelatiōibꝫ		

De p̄mo idest de purgatorij existētia vtrū sit Vere tenēdū ꝙ sit licet greci discrepēt i hoc a latinis ꝓ eo ꝙ pauca repiant̄ de eo expr̄ssa in scpturis Ex multis tñ ⁊ multipliabꝫ vijs h̄ esse ꝯꝓbat̄ Sciȝ.

Scripta docēt sci. mos exēplum rationes

Id est ꝓbat̄ ex diuinis scpturis vt de ciuitate dei deducit Aug⁹. Item scōꝝ apl'oꝝ ⁊ doctorū orthodoxorū autoritatibꝫ Tertio ex more ecciastico Quarto ex varijs verisimilibꝫ exemplis ⁊ appitionibꝫ Postremo ex efficacibꝫ rōnibꝫ q̄s introducūt docti ī eorū scriptis quarū potiores sunt iste

ī merij ḡ	dei iu	soli pu	ꝯtrijs pur	ne negligētia suf
ī p̄mijs	sticia	ñ ri cord	gant̄	fragetur
	patit̄ ī vltū	viōbūt deū		

Distāt. iust. puri. ꝯtraria. negligit. haud q̄s

Vere ergo tenēdū purgatorium esse

De scđo āt q̄li purgatione purgēt̄ Non tam clara determiata certitudine ꝑ scpturas determiatū. Necessariū ē eī cū corꝑali spūalē ponere ignē de ꝑ se purgatīm. puta charitatem ⁊ amorosā afflictionē. q̄ sine oēs corꝑles ignes ad purgationē sunt inefficaces vt deducit scūs thomas dicens in suo ꝯpēdio. Habent inq̄t pene ꝙ sint purgatorie ex ꝯditione eoꝝ q̄ eas paciūt̄ in q̄bꝫ ē charitas ꝑ q̄ȝ volūtatē suā diuine cōformāt. ex cui⁹ charitatis virtute penas q̄s paciunt̄ eis ad purgationē sunt Vñ in his q̄ s̄ñ charitate sūt sicut i dānatis non purgāt ⁊c̄. Id ⁊ plenius Raynerius in sua pantheologia Non ergo mirētur nō obtēdāt aures doctissimi viri. si audierit de purgatorio amoris vl' desiderij. varijs eñ vijs nouit ad ꝑfcīm deducere de⁹. vñ celestiū bonorū desideriū vere purgatorius est ignis De h̄ purgatorio desiderij pulchre dr̄ in reuelationibꝫ brigide mechteldis tōdali ⁊ alijs visionibꝫ scōꝝ Porro de loco purgatorij vulgo dr̄ dupliciter hūc assignari scīȝ s̄m legem cōem ⁊ sic dicūt eū esse in pte inferni iuxta limbū p̄m Hugo aūt nullū detminatū vult assignare locū Et Aug⁹. abdi

ta receptacula vocat. Sed scūs Greg. in dialogꝫ vid tur velle illud. Uel assignatꝰ locꝰ ꝺm dispōnē spēalem Et sic dicūt ꝙ aie purgāt in diuersis locis Istꝫ rōnibꝫ vt poscāt q̄ crimina alioꝝ ob viuoꝝ i faciliorem
F libatiōes ibi ꝯiscit orōnem structōꝫ purgatōeꝫ

Poscāt peccarūt. meritis. doceāt. leuiꝰ fert

Prosequūt hec in aurea legēda singla singlis exēpl.
Porro cur ꝛ q̄bꝫ de causis purgari ꝯtigat. Multi mltas cās assignt. puta ꝑ tarditate ꝯuersiōis ꝑ petis minutis. ꝑ mētis ipuritatibꝫ ꝛ ipfectiōibꝫ. ꝑ malis amoribꝫ ꝛ affectibꝫ depurēt vt digni fiāt thalamo tēplo solio dei vt Guil. tractat in de vniuerso Aug. tñ dt difficilimū istud eē inuenire ꝛ piculosissimū definire De postremis duobꝫ trāsimꝰ. lꝫ multas hēant q̄stiōes nō inutiles. qm̄ deuotꝫ magis q̄ studiosꝫ scribimꝰ
Meditabilia ꝯpūctia d purgatorio Ca. iiij.
n Unc ꝯpunctiōis ꝛ deuotiōis materiā colligemꝰ cōpunctis ꝛ deuotis regiōis istiꝰ Et p̄fecti sunt ea pncipalia illis ꝯsiderāda. ꝛ omi notatu dignissima. vt puta
De Purgatoriaꝝ penarum qualitate
ad succurrenduꝫ aiabus inductibilitate
G Suffragiorū varietate.
De quibꝫ singulis paucis nos expediamꝰ ea q̄ super his aliꝗ dicant assignātes. De primo. i. purgatoriarū penaꝝ qualitate. nota hoc versu

Acris. diuersa. sterilis. dānosa. ꝙ lōga

Nā vt de pena sensibili tm̄ loq̄mur. post de pena dāni dicturi. vtraqꝫ vt aiūt nimiū ē acerba. adeo vt minima pena purgatorij. qd tñ Bonauē. negat acerbior ē q̄ grauissima pena mūdi. Et hoc tuꝫ ex pte ignis affligētis. q̄ tāet si exnꝰ nō ē. miro tñ mō grauis ē Itē ex pte aie paciētis. vtꝫ infra q̄ sūme est sensibilis Itē ex pte iudicis penā infligētis q̄ plꝰ q̄rit emēdam q̄ penā. ꝛ ergo punit negligentiā p penā acerbā. declarant hec in speculo p varia exēpla. Agit itē de hoc in pantheologia. sub titulo Pena Non ergo mima cōtemnamꝰ. ne tā acerba supplicia illic luamꝰ Secūdo ē in purgatorio penaꝝ diuersitas. Nā q̄ttuor illic pcipuas afflictiōes eē tradit Anthoni. s. ex priuatione visionis dinę ad tps. Secūdo ex insultatiōe demonū. Nō tñ vt aiūt torquētur ab eis Tertiꝰ ex afflictiōe materialis ignis Quarta ex ꝯsideratiōe negligētie subuētionis. vt ꝑsequitur in pma pte sūme. Uel est illic penarū diuersitas ꝑ varietate meritoꝝ Preꝫ uemꝰ igit nos a multis negligētijs. si torq̄ri nolimꝰ multis tormētis Tertio ē illic Penaꝝ sterilitas: Ita vt aiūt ꝙ q̄libet pena purgatorij infructuosa est ad meritū Sic ꝙ tm̄ ē satisfactoria non meritoria Tps em̄ pñs ē tps merendi ꝛ serēdi Illic recipiendi ꝛc. Nā sunt septē āni fertilitatis in q̄bꝫ pt hō acq̄rere grām ꝛ gliam. sed illic anni tūc restant in q̄bꝫ nec arari nec meti pōt. Quarto ē ꝛ dānositas, ita ꝙ purgatorij pena nō tm̄ ē infructuosa q̄ ad meritū vt aiunt. verūetiā dānosa differēs ꝛ priuās a dei cōspectu Et vere inestimabile dānū a dei visiōe retardari. vel paululū. Eya igit hoc dānū attēdamꝰ ꝛ a negligētijs q̄ dilationē causant ꝛ aioꝝ ipuritatibꝫ pcaueamus.
Quinto ē in purgatorio penaꝝ plixitas ꝛ diuturnitas Qr pena de q̄ se possꝫ hō expedire dū viuit i spacio vniꝰ diei ꝑtēdit vt dicūt in purgatorio p spacium forte vniꝰ anni Iuxta illd Ezech. iiij. Fili hōis diē ꝑ anno. diē inq̄ꝫ ꝑ anno dedi tibi vt de filijs isrl in deserto Quāuis hec autoritas vtꝫ nō vrget.
De aggrauantijs penarū purgatoriaꝝ Ca. q̄rtū.
n Otandū quoqꝫ ꝙ q̄uis pene hc purgatorie i se sunt grauissime Ex mltis tñ aggrauantijs reddūtur grauiores Et potissimū ex istis

Cōis. sēsus. auida ē ꝙ grauis iuuat haud

H Id ē pmo aggrauat purgatorij pena ex eiꝰ (quis. cōitate vel gn̄alitate. q̄. s. totā aiaꝫ gn̄alr in oi potentia ꝛ pte affligit Tota em̄ aia patit q̄ simplex ē. O vere grauis pena q̄ gn̄al Altera ē ex sensu ꝛ pceptibilitate Tāto em̄ aliq̄d magꝫ dolet de aliq̄ lesiuo q̄to magꝫ ē sensitiu ꝛ pceptiuū doloris. vñ dolores q̄ fiūt in locis marie sensitis g̃uissimi sūt. Et q̄ totus sensus corpis ē ab aia Iō si in ipaꝫ aiaꝫ aliqd lesiuuꝫ agat videt ꝙ ipa marie affligat. pſtim cū sit nobilis ꝛ tenerrie nate Tertio aggūat ex auiditate Qr affectꝰ quo desiderat sūmū bonū pꝰ hāc vitā ē in aiabus scis intēsior. q̄ nō retardat eaꝝ affectꝰ mole corpis quo q̄ affcūs i illud bonū itensior eo absentia molestior. Silr ex termi ꝑpinq̄tate Quo ei termio q̄s ꝑpinquior eo mora grauior Quarto aggrauatur hec pena ex grauitate ꝛ acerbitate scꝫ ignis affligētis Quāuis āt ignobiliꝰ nō agat i nobiliꝰ. nec etiā p ꝯñs corpꝰ in spm̄ natalr Qd tñ vlr nō est verū vtꝫ ꝑspicienti. Agit tñ ignis ille purgatoriꝰ nō naturaliter. sꝫ vt instrumētuꝫ dine iusticie in aias detinēdo eas ꝛ affligendo. lꝫ mō a nobis iperceptibili Postremo aggrauat hec pena ex subuensentiū paucitate Eito em̄ viui mortuos tradūt obliuiōi Uñ ꝛ illd lugubre Job rit. clamare videt. Misereml mei ꝛc. Et cū Joseph incarcerato. memēto mei cū bene tibi fuerit Sꝫ heu succedētibꝫ ꝑ spis mima cura ē pro aiabus Uñ quisqꝫ p se sollicitꝰ eē deberet in vita ꝛ nō ꝯfidere ill Sūt em̄ socij mēse ꝛc Et vere grauissimū ē eis hoc videre
De pena dāni aiaꝝ in purgatorio. §. pmus
p Oro de pena dāni q̄ lōge grauior pori quis ambigit Inestimabile em̄ dānū a dei visiōe retardari. Nā si teste Augꝰ. Tāta ē pulchritudo iusticie ac tāta iocūditas lucis eterne icōmutabilis veritatis atꝫ sapie vt si nō liceret āpliꝰ i ea manere q̄ vniꝰ diei mora pp hoc solū inumerabiles anni huius vite pleni delicijs ꝛ affluentia tpalium bonorū rcē meritoqꝫ cōtemnerētur. Si inq̄ꝫ tāta ē fruitio I

illiꝰ claritatis. quis estimabit quā malū sit retardari ab ea Uere vere nulla maior ē pena q̄ȝ visionis diuine carentia. Ita ꝙ mille mille iehennas ſm Chrẏ. excedat Et ergo est afflictio maior aiarū q̄ aggrauātur pp ista. Cū quia absoluti a corpe mortis corpe aggrauāte ⁊c. aptiꝰ illud bonū tā sūmum dinoscunt Cū qꝛ illud sūme ⁊ itentissime cupiunt. Nā affcūs quo aia sepata a pondere corpis absoluta desiderat sūmuȝ bonū. maior est ⁊ intensior q̄ȝ affectꝰ cuiuscunqꝫ rei tpalis in hac vita maxime cū iam tpus habendi aduenerit. Uñ quātomagis desiderat tāto dilationem molestiꝰ fert ⁊c. Cū maxie penā grauat ꝙ per suā negligentiā ⁊ culpā. dilationē euenisse cōsiderat quā per feruorē charitatis potuisset amouisse in vita Ex itaqꝫ oibus qꝛ ⁊ magis aia disposita ⁊ sūmi cogitiua boni. ⁊ sūme desideratiua ⁊ sua culpa dilata nimirū si dolet. Si enī spes q̄ differtur affligit aiam q̄ȝto maius ē bonū spatum ⁊ magis cognitū ⁊ tāto in expectando afflictio maior. ⁊ q̄ȝto dilacio ꝓlixior: tanto acerbior dolor Adeo ꝙ nulla durior pena q̄ȝ dilatus amor.

De ad succurrendū aiabꝫ inductis Cap. v

N Unc de altero mēbro scȝ de ad succurrenduȝ aiabus inductibilitate videamꝰ Qȝ. s. libent̄ eis subuenire dēmus cū multa ad id iductia
R hēmus Quorum quedā sumūtur:

Ex pte: dei ⁊ scōrum / aiarū ipaꝝ / nri ipsorum — Inductia aūt ex pte dei ⁊ sctōꝝ ꝯplectūt h versu.

Nā dñō placet āgelicis. scis. monȝ ⁊ vult.

Primū inductiuū ē qꝛ hoc deo summe. s. ⁊ indiuidue trinitati sūme placet. Nā dum aiabꝫ subuēimus deū hōramꝰ ⁊ gratissimū obsequiū faciīꝰ Nā sic eꝰ imaginē liberamꝰ Et iā palam ē ꝙ honor imaginis ptinet ad prothotipū. Itē sic dei cooperatores sumus iuuādo vt sic pris ꝑdestinatio citiꝰ ipleatur. Filij redēptio effectū sortiat. spūsscti electio ⁊ volūtas ꝯpleatur O quātū illū dñs diliget q̄ ei thesauruȝ gratissimū erga quē cor suuȝ apposuit ꝓ quo oia dedit. aiaȝ loquor xpianā ex tormētis liberauit Secūdo āgelos letificamꝰ qꝛ coꝝ ciuitatem ⁊ ruinā restauramꝰ aīmas orōibꝫ illuc deducēdo. coꝝ custodie coopamur ⁊ gaudiū augmētamꝰ Nā si gaudiū ē illis super vno peccatore pñiaȝ agēte: mlto āpliꝰ sup aia aduenīete

Tercio scōꝝ oim nobis fauorē ꝓcuramꝰ duȝ pro aiabus oramus. qꝛ sic coꝝ nūerum augemꝰ. gl'iam augmētamꝰ. ⁊ expectationē ꝯplemus Expectāt enī eos iusti donec veniāt. O quāto eos desiderio excipient sancti a quibꝫ totiēs sunt letificati. Quarto q̇a in scripturis deꝰ ad h monet. vtȝ i pluribꝫ locꝭ Eccli. vij. A mortuo nō ꝓhibeas grām tuā. Itē Machab. xij. Scā ⁊ salubris ⁊c. Quinto aiabꝫ subuenire debemꝰ qꝛ vult scȝ eccl'ia. qꝛ est eccl'iasticū institutuȝ. q̄ ad hoc singulare officiū ordinauit missas ⁊ memorias instituit Ita ꝙ nulla missa dȝ celebrari qui defunctoꝝ debeat meōria fieri Cū ergo tā deo grata. tam angelis ⁊ sctis placita iuste indicta sit defunctorum meōria. vere crebriꝰ ⁊ deuotiꝰ ē a nob celebrāda

Inductiua ex pte aiarum. §. primus

F Ed iā annotemꝰ etȝ inductia ex pte aiaꝝ ipaꝝ
Et sunt ista Status scȝ caꝝ ꝯsideratio

In penis iopes. fracti. victi. secus ⁊ non. I

Primū qꝛ sūt in durissimis vt ex dcis pȝ penis cōstituti. vñ valde est durꝰ q̇ nō miseret ⁊ subuēit dū pt illis Nā tanta acerbitate affligūtur. tāto acerbitatis lāguore afficiūtur vt nullꝰ tā durus i mūdo tyrānus q̇ eis nō succurreret si hoc plene nosceret Alterum ē qꝛ inopes sunt ⁊ paupes ꝑciū redēptiōis nō hñtes Unde oremꝰ Aias paupȝ tuorū ne obliuiscaris in finē Tercio ꝯpatiendū ⁊ succurrendū ē eis qꝛ ipotentes sūt ad opandū qꝛ sedent in tenebris ⁊ ꝯfracti sunt viribꝫ. vñ eis opari ipossibile est. Oȝ opari dum dies ē. qñ enī venit nox neō pt opari. O negligentiā nrām Uidemꝰ nos incarcerari ⁊ negligimꝰ opari vt possimꝰ liberari Quarto qꝛ vincti sunt ita vt meritorie nihil valeāt opari (vt cōiter tenet) nec proficere in meritis. ac per hoc nec semet liberare neqꝫ iuuare vnde studiose illis succurrendū. Postremo iō vel maxime debemus eis succurrere qꝛ secus nō poterit exire nisi plene fuerit satisfactū Imo nisi ipe fuerint pfecte ⁊ thalamo digne Nil enī cōtaminatū intrabit in illū. Unde nec malleꝰ aut securis audita sunt i tēplo. Uñ debemus libēter eis succurrere pia oratione orantes quo desideriū eorū cōpleatur in bono Unde nimis est crudelis qui nō cōpatitur ill'

Inductiua ex pte nostri. §. secundus

T Ercio sunt inductia ex pte nri ista scilicet

Ordo petēt. meritū. maiꝰ septē tibi fiet M

Primū inductiuū quia hoc exigit ordo ⁊ lex naturalis Iuxta illud. Quecūqꝫ vultis vt faciant vobis homines omnia eadē facite illis Nā ⁊ sic irrōnalia iuicē succurrūt. vt ait Albertꝰ Cerui ⁊ elephātes. Et nos alter alteriꝰ onera portare dēmus. Nam ⁊ idē exigit ordo ⁊ lex charitatis vt omni tempore diligat q̇ verus amicus Hinc dicitur Joannis. i. Qui viderit fratrem suū necessitatem patientē. ⁊ clauserit viscera sua. q̄uo charitas patris manet in eo. Secundo eis succurrere debemꝰ ꝓpter vtilitatem nostram: q̇a petent instantiꝰ pro nobis in patria cuȝ per nrās ꝑces liberate fuerint ex pena. sunt hinc exempla multa Intercedamus ergo pro fidelibus defunctis vt aliquando orent pro nobis. Tertio debemus eis succurrere quia sepe benemeriti sunt de nobis i via. q̇ppe qui impenderunt beneficia plurima. vnde ⁊ dicitur. Reg. i. dauid israhel inuitabat ad fletum sup saul ⁊ Jonatha. quia multiplex impenderāt beneficium Et ecce nūc clamant de tormentis qui dum vix

erant multa mala libent̄ sustinuissent ꝓ nobis nec eis rñdemꝰ aut succurrere curamus O vere mag̃ ibumanitas crudelitas grãdis nr̃a. Vñ verendũ ē ꝙ vindictã clamabũt sup duris ⁊ ingratis. Quarto libẽter ꝓ eis orandũ qꝛ hoc iuxta Hider ē magis meritoriũ ⁊ maius bonũ. Nam si in inferno ē ego gradum glorie merui quia opꝰ charitatis feci. Vel saltem me ad grãm si extra eã sum ꝑ hoc disposui Aut est i purgatorio Et tũc licet ſm mltos nihil mihi mereri possꝫ aut sibi. Tñ ſm aliquos ꝓ me p̄t exorabiliter orare. sicut Hieremias ꝓ isrl' in lymbo. Aut aie sunt aut erunt in celo. ⁊ tũc noscẽt eos q̄ orauerũt ꝓ eis ⁊ longe instãtius orabũt ꝓ ipis. etiã si nõ profuisset eis eorũ orõ qꝛ affectũ attendẽt Secꝰ est aũt de viuo inq̄t q̃n do oro ꝓ eo Qꝛ forte ꝙ pro eo oro ignorat Et sic non redorabit Aut ē ꝑtõr ⁊ sic parũ ea valebit Totũ ergo qđ defunctis ipendit̃ in nr̃m redũdat meritũ ⁊c̄. vide in p̄ceptorio Scđm alterã ãt ꝯsideratione alicq̄ dicũt meliꝰ orare ꝓ viuis ⁊c̄ Quinto qꝛ q̄ ꝓ defunctis orat septẽ mie opa eis ipendet. vñ ⁊ eiꝰ miserebitur deꝰ. Cibat em̄ esuriẽtes pane angeloꝝ. dũ eas p̄ cibꝰ deducit ad regnũ celorũ Secũdo potamꝰ sitiẽtes. dicũt em̄ Sitiuit aia mea ad deũ fontem viuũ Tertio vestimꝰ nudos nuptiali veste. vestitu deaurato. Dũ em̄ charitatem nrãm ꝯsiderant charitatẽ in nos actuant Quarto ꝑegrinos ⁊ exules hospitamur dũ i domũ dñi letãtes p̄cibus deducimꝰ Quinto captios de carcere educimꝰ Infirmos illos ⁊ amore languẽtes visitamꝰ. In terra tandẽ viuentiũ i domino tandẽ btõs sepelimꝰ Quisquis cupis vt tui misereat̃ deꝰ. fac ꝑ hec ꝓmo miserearis Postremo iõ potissimũ eis subuenire dẽmus. quia nobis sic fiet Quippe in q̃ mẽsura mẽsi fuerimus remetiet̃ nobis. Iuxta illud Ruth. i. Faciat vobiscũ deꝰ miaꝫ sic̄ fecisti cũ mortuis Sic em̄ deꝰ sepe dispõit ꝙ tm̄ quis recipit in alia vita quantũ facit libenter in hac vita Nã iuxta Bedã Indignꝰ erit oĩ suffragio q̄ defunctorũ imemor fuit in hoc sclo. vt pꝫ in multiplici exẽplo Ob hec ⁊ hmõi plurima libẽter orare dẽmus ꝓ defũctis ⁊ ipendere eis bõa. qꝛ scã ⁊ salubris hmõi est. vt pꝫ memoria.

De suffragiorum quibus anime iuuantur qualitate Capitulum sextum.

i Am videndũ est de suffragiorum quibꝰ eis subueniendũ est qualitate. Et solent in genere assignari quattuor principalia Vt sunt oratio vel christi capitis vel mẽbrorum. Et sic liberantur ꝑ modũ intercessionis. In missa. Orationibus. Vigilijs Vel per modũ redemptiõis. ⁊ sic est elemosina qua redimũtur peccata. Vel proprie solutionis vt ipi penas plene luant in purgatorio. Quarto ꝑ modum aliene pro eis afflictionis: vt Ieiunijs. afflictionibus. disciplinis. ⁊ huiusmodi multis. sicut legitur de multis sanctis: In genere tamen sunt multa alia plura suffragia. quorum hec precipua.

Flẽs. pete. castiga. munꝰ da. redde celebra

Hoc est iuuãtur pijs fletibus. deuotis orationibus. Penitentialibꝰ afflictionibus. largis elemosynis: debitorum solutionibus. Maxime aũt missarũ celebrationibꝰ. quẽadmodum a multis longe dedũctũ est autoritatibus. rationibus. ⁊ exemplis in libro apũ. presertim ⁊ in speculo morali Offerent se plurima circa hec suffragia considerãda. Scilicet Que anime per ipsa possunt iuuari. Qua ratione eis possunt prodesse. Si equaliter omnibus prosint Qualiter ea noscant. Et si malorum orationes eis proficiunt. Aliquid igitur pro nostris hic dicamus. Qꝫ scilicet si volent suis suffragijs animabus proficue prodesse studeant non multiplicare et verbosari. sꝫ ex caritatis feruore ⁊ in vnione dominice passiõis ⁊ ecclesie ⁊ sanctorum meritis ea fundere. Sic em̄ magis proderit exigua vna oratio q̃ꝫ multarũ inaduertens replicatio. Docuit ergo dominus Mechteldim. reuelauerunt hoc aĩme quibusdam. Hinc in legendis vigilijs deuoti quidam ordinant. ita sua exercitia vt in vnione meritorum christi reducantur omnia. Vt Psal. v. In honorem quinq̃ꝫ vulnerum. pro eã obsecrantes veniã quinq̃ꝫ sensuum Deinde primũ nocturnũ ad vite christi ingressum. Alterum ad eius ꝓgressũ. Tertium ad passionis egressum. Laudes ad septem verba quasi impendentes septem misericordie opera. Sic lectiones aut Responsoria ordinant ad trinitatem sanctã. virginẽ beatam. ⁊ ceteros septem ordines sanctorum. obsecrando scilicet per dei misericordiam ⁊ sanctorum merita q̃tenus anime ducãtur ad ea que aspirant gaudia. Possent hec plenarius dici. sed cõmittimus cuiusq̃ꝫ exercitatiõi

Exercitandi practica

p Oterit se homo multipliciter exercere in regione ista scilicet per superiorum meditationem crebro hec retractando. Ad multa eniꝫ valet horum frequens recogitatio. presertim vt Vincentius dicit ad ista scilicet quia a culpa reuocat. In tẽtatione a ruina peccati cõseruat. Munit ad paciẽtiam. prouocat ad cõpassionem ⁊ misericordiam. Inducit ad penitentiã ⁊ valet ad ꝑseuerantiam. Vt singula late deduci possent per exempla Secundo potest se homo exercere per viuã penarum purgatoriarum imaginationem suꝑpsius si eas ferre poterit diiudicationem. sic multi patrum egerunt ⁊ grauissimis penitentijs sese afflixerunt. Sic etiaꝫ magnꝰ cãtor parisiens̃. vt scribit Vincen. Vt eterna tormẽta euaderet ⁊ et̃na bona obtineret In exitu suo rogabat dñꝫ q̃tenꝰ eũ põeret i purgatorio vsꝫ ad diẽ iudicij idipꝫ ẽcũstãtes obsecrãdo vt secũ dñꝫ s̃r hexorarẽt

forte hoc de purgatorio de q̃ btã maria appuit brigi‑de orãti ꝓ aĩa heremite sc̃i dicẽs Attẽde ꝛ scias filia. ꝙ aĩa hꝰ nõ stati intrauit in celũ qꝛ nõ hũit ꝑfcm̃ dis‑soluẽdi desideriũ. Et iõ detinet nũc i illo purgatorio desiderij vbi nulla pena ẽ nisi solũ desideriũ ad deũ ꝑ ueniẽdi. Hec in q̃rto libro reuelationũ eiꝰ Sil'e i vi‑siõibꝫ mechteldis Silia de hoc desiderij purgatorio hñtur, in multis visiõibꝫ. q̃ lõ a q̃busdã ñ acceptãtur qꝛ aĩas solo desiderio purgari ꝛ lãguere dicũt. Jmo ꝙ tl'is ꝑfectio necãria ẽ ex scripturis elicit qꝛ nll'us ad mittet maculatꝰ in regno nec spõsa a sordibꝫ ꝛ men‑struis malaꝝ affectionũ nondũ depurata. nec nup‑tialiter amãs ẽ thalamo dig̃ Si g̃ diu nolimꝰ purga‑ri ꝛ differri studeamꝰ oẽs inordinatas affectiones ab‑ijcere ꝛ feruẽter deũ amare Amen.

Titulus tricesimus octauus. De regiõe infernali Capitulum primũ

A Jmitte me vt plãgã paululũ dolo‑rẽ meũ añq̃ȝ vadã ꝛ reuertar ad ter‑rã tenebrosã ꝛ opertã mortis cali‑

B gine. terrã miserie ꝛ tenebraꝝ vbi vmbra mortis ꝛ nullꝰ ordo sȝ sẽpi‑ternus horror inhĩtat Job x. Jam videndũ ẽ de regione infernali quã sctꝰs Job satis horrendã describit sub verbis dictis Ad cꝰ crebrũ ingressũ multa pñt vt sup̃ fcm̃ ẽ assigna‑ri inductia. sȝ ceteris omissis. de his sepe memisse d‑bemꝰ qꝛ hoꝝ meõria satis vtil' est ꝛ pl'a adducẽs bo‑na vñ ꝛ a multis sepe suasa. Jnter cetera aũt ꝓfunda nõ perfũctoria hec infernaliũ suppliciorum medita‑tio. Hec adducit bona Scilicet

Penitet. obseruat. robur. patiẽs. qꝛ spnit.

Primo inq̃ȝ penaliũ tormẽtoꝝ meõria ꝓuocat ad pñiam agẽdã. vñ. ps. orabat. Couertãt pctõres ĩfer‑nũ .s. ꝑ cõsideratione vt sic couertãt ad pñiaȝ Hinc q̃dã cuidã. Si inq̃t nõ potes hrẽ lachrimas pone añ oc'los fumũ inferni ꝛ eiꝰ penas ꝛ verte te ad aq̃lonez vñ pãditur oẽ malũ ꝛ sic hẽbis vt pȝ i ml'tꝭ exẽplis.

Scd̃o hec meõria a pctis ꝑseruat. vñ narrat btũs Anathasiꝰ de ãthonio scõ ꝙ q̃tiẽs tẽptabat de pctõ: totiẽs ad mentẽ reuocabat pẽas eterni incẽdij pctõ d‑bitas. ꝛ sic liberabat ꝑmanẽs imunis a pctis Et vña‑bilis Gerson sil'e ꝯsiliũ dat Tertio in tẽtatiõe ꝯfor‑tat ꝛ roborat. Hinc cuidã tẽtato ꝯsiliũ senior dabat vt tẽtationẽ vinceret. Qȝ .s. faceret sic nutr̃ q̃ cuȝ vult pueꝝ ablactare ab vbere perungit aliq̃ amaritudine quã sentiẽs puer refugit Sic inq̃t tu tẽtatiõi oppone amaritudĩcȝ inferni Quarto aiat ad paciaȝ Facili em̃ pacia tolerat mala pñtia q̃ timet futr̃a Hic Gre. ait Sci inq̃ẽs tpalẽ penã lucꝝ putãt qꝛ ꝑ hãc etnaȝ euadere nõ formidãt Postrẽo ad mũdi ꝯtẽptũ pro‑uocat vtȝ in miracul' de scõ Joã. euãg: Sic mgr̃ Jor‑danꝰ quẽdã ad mũdi ꝯtẽptũ induxit ꝙ rogauit q̃ti‑ens pulchra mẽbra sua inspiceret. cogitaret ꝙ mag‑nũ dãnũ eẽt ꝙ in inferno arderet. ꝛ sic ꝯuersus fuit. Sic alter alteꝝ ꝯuertere ꝛ ad mũdi ꝯtẽptũ trahere volẽs. id tm̃ expetijt ab eo. vt vel amore sui qñ came‑rã intraret ꝛ lectũ cuiꝰ culcitra mollis erat videre se‑cũ cogitaret q̃lẽ camerã ꝛ lectũ in inferno hrẽt dicen‑do illud ys. xiij. Cõcidit cadauer tuũ detracta ẽ ad in‑feros sup̃bia tua Subt' te sternet tinea ꝛ opimẽtũ tu‑uȝ erũt vermes. qd̃ vbi paululũ fecerat plene mũdum ꝯtẽpsit. hic abbas Amõ cuidã rogãti vbũ salutꝭ di‑cebat Meõrare coꝝ q̃ in inferno sũt ꝛ cogita apd̃ te metip̃m quõ sũt ibi aic in q̃ȝ amaro silẽtio. in gemi‑tu pessimo ꝛ tormẽto mario lachrymas fũdentes Et al' cuidã in cella sedere attediãti rñdit Si inferni pe‑nas cogitares. etꝭ si ꝟmibꝫ plẽa eẽt libent' i ea mane‑res. Crebro g̃ dẽmꝰ hãc regionẽ ingredi ꝛ eiꝰ penas meõrare. lȝ dura sit ne veniãt duriora.

Quãta occurrũt in hac regiõe a studiosis ꝯsidrãda

C St ãt lata regio de q̃ hec in gñe Cap̃. ij. sũt dicẽda. s. cõsiderabilia. ꝯpũctia. ꝛ exẽpla. Jnueit em̃ hic studiosus inumera ꝓ igenij a‑gitatiõe tractãda Uidelicet ista D

Qȝ sit. q̃lis. vbi. modꝰ ardẽdi. ꝙ et euus.

Prio ei ꝯsiderare poterit ꝙ sit infernꝰ qd̃ ꝓbari p̃t varijs vijs. s. scripture autoritatibꝫ. doctoꝝ testio‑nijs. rõibꝫ ꝛ exẽplis. imo ꝛ gẽtiliũ assertiõibꝫ. ꝺducit ista latissime de cĩtate dei. xxi. b. Aug. etiã gẽtiũ testi‑monia adducẽs Platonici ei ĩpunita nulla volebãt eẽ pctã. Loq̃tur de h Uirgiliꝰ pl'ima. Jtꝭ Seneca et alij vt etiã in suo q̃dragesimali Leonar. vtice. ẽ ꝓse‑cutꝰ De altero ãt vbi sit infernꝰ cõiter tenet vt scri‑ptura testat ꝙ sit sub terra. imo i meditullio t're vbi remociꝰ a celo. De q̃ tñ q̃stiõe scũs Greg. sobe satꝭ lo‑quit dicẽs. De hac re nihil temere diffinire audeo Cũ q̃dã hũc in terraꝝ q̃dã ꝑte eẽ putauerũt. Alij sup̃ ter‑rã hũc eẽ existimãt. Quãq̃ȝ nil obstet vt video vt sub terra eẽ credat Aug. tñ d't hoc nõ eẽ certũ Hic alij du‑plicẽ infernũ spiritalẽ scȝ ꝛ corꝑalẽ Et is q̃dẽ i certo q̃dã loco. Spiritalẽ ãt secũ demões deferre dicũt. sȝ satis sit hec tetigisse Porro q̃lis sit infernal' ignis Aug. d't Qȝ ignis inferni cꝰ mõi sit vel in q̃ ꝑte mũdi neminẽ penitꝰ arbitror scire nisi cui spũs dei reuela‑uerit. Uñ nil de eo dicendũ nob nisi hoc ꝙ vtiq̃ȝ corpo‑reꝰ ẽ. De q̃rto ãt. s. mõ q̃ ignis ille ardeat ꝛ puiat etiã sũmoꝝ igenia fatiscũt. Qui aliq̃d inde pulch̃ et rari videre volet legat Guilhel. ꝑisi. i de vniuerso cor‑porali Jmo añ eũ quẽ insequtur egregijssime b. Aug. xxi. in de citate dei. Possent hic varie assig̃ri doctoꝝ opiniones. sed nos acceleramꝰ ad meditabilia cõpũ‑ctionis Poterit tãdem studiosus inq̃rere de pena‑rũ eternitate quõ eterne ꝑmanere possint Et quõ et'‑ni cruciatꝰ debeãtur trãsitorie ꝛ tꝑali culpe. Ad qd̃ a doctis assignãt rõnes multe ꝛ pulchre Sũt ꝛ alia multa q̃situ dig̃. nescio tñ si tã affectui q̃ȝ curiositati deꝟuientia. vt si dãnati videbũt faciẽ diuinam aut san‑

ctorū in glām. si mētis latitudinē ⁊ reꝝ noticiā clarā
hēant ⁊ huiusmodi.

Meditabilia ꝯpūctia ō iferno a duoḻ ētractāda

C n Unc ponēda sūt ꝯpūctiōis medi Ca.iij.
tabilia Et pn̄t in gn̄e ꝓ ꝯpūctiōe attēdi ista

Nōia. terne locū. socios. torqt q̄z penas

Prio ḡ cōsiderāda ē nōim diuersitas q̄bꝫ infernalis
regio denōīatur Insigniū em̄ reꝝ nōia solēt multi/
plicari Et hꝰ sūt nōia tā multa ⁊ horrēda ꝙ sola illa
metū icutere pn̄t ꝯsiderata. ⁊ inter cetera ista.

**Inferꝰ. ac puteꝰ acherō. baratrūq̄ caminꝰ
Tartarꝰ. ast herebꝰ ꝉ auernꝰ stixq̄z iehēna**

Prio dr̄ dānatoꝝ locꝰ inferꝰ vel infernꝰ ab ifero sic
dictꝰ eo ꝙ aīe ipioꝝ eo inferūtur ad eēnalr̄ patiēduꝫ
nūq̄ egressure. Iuxta illud Iob. vij. Sicut ꝯsumitr̄
nubes ⁊ ptrāsit. sic q̄ descēdit ad iferos nō ascendet.
Uel certe dr̄ ab infra eo ꝙ eē creditr̄ sub terra ꝓfūdis/
sime sita Secūdo vocatr̄ puteꝰ aut lacꝰ Ibi Eduxit
me de lacu miserie Et in Apoc. de puteo abissi obscu
ratꝰ est aer Tertio dr̄ acherō eo ꝙ locꝰ ē desolatissi/
mus q̄si sn̄ gaudio vl̄ salute Nā locꝰ ē luctuosus ⁊ la
chryme sūt sn̄ salute Ibi em̄ fletꝰ erit ⁊ stridor denti
uꝫ: meror q̄ sn̄ cōsolatōe Quarto baratꝝ dr̄ quasi
latitudo arta. Qr̄ ē latꝰ locꝰ ad ingrediendū. artꝰ ad
egressuꝫ. Quinto dr̄ caminꝰ ignis Math. xiij. duo
āt sunt in camino. Infra ignis viuidꝰ. sup̄ fumꝰ ob
scurus causans hic tenebras exteriores. De q̄bꝫ lon
gus posset fieri s̄mo. Sexto tartarꝰ nōīatur eo ꝙ
ē locꝰ inq̄etissimꝰ ⁊ turbatꝰ ⁊ tumultuosus. Tumul/
tuatr̄ em̄ puer cōtra senē. filiꝰ cōtra prēm. vtꝫ i exem/
plis: Septio herebꝫ inuenitr̄ a gētibꝫ dici eo ꝙ sem
per adhereat illꝭ tl̄is pena Nā licet diabolꝰ exeat ifer
nū. tn̄ suū sp̄ secuꝫ portat Octauo dr̄ auernꝰ eo ꝙ
sit locꝰ intꝑatissimus q̄si nō vernꝰ ⁊ sine vere. No/
no stix dr̄ Ad stiga q̄ rapitr̄ hic male decipitr̄ Et inuēi/
untr̄ hmōi nōia multa apud poetas q̄ signāt paludes
fluuios infernales Postremo iehēna dr̄ in euāgelio
frequēter s̄m Hieronimū a valle filiorum ennon at
q̄z interp̄tatur vallis tristicie. Hec itaq̄z ⁊ hmōi no/
mina sepe rememoremur vt felici tiore cōcutiamur.

De qualitate loci Mēbrum primū

D s Ecundo est qualitas loci attēdenda q̄ licꝫ ex
nōibus cōijci aliqualiter posset. ex his tamē
lucidius apparebit Et inuenitur inter cete/
ra esse talis.

Sordidꝰ. obscurꝰ. āgustꝰ. ⁊ ifimꝰ horrēs.

Qm̄ em̄ infinita ⁊ iustissima dei sapia collocat q̄/
q̄ in loco sibi ꝓporcionato tenendū est ꝙ sicut petōr
in mortalibꝫ iacēs vitijs vilior est oi creatura etiā in
aīata. Imo iuxta gentiū doctos decies milies deteri
or brutis Et corā deo omi bufone basilisco ac cadaue
re q̄tūlibet putrefacto fetidior ⁊ abominabilior. im/
mo vt ait Guilhel. ꝑisienr̄. Nō est in mūdo tam fe/
da cloaca sicut peccatoris cōsciencia In q̄ua vitioruꝫ
fetor ⁊ scelerū putredo ac impiorū affectuum spurci
cia sunt collecta Hinc ꝑpter hec oia damnatis a sū
mo ⁊ extremo bono auersis debetur vilissimꝰ ⁊ sordi
dissimꝰ locꝰ. Et hic ē infernꝰ vbi oēs scorie colligūtr̄

Secūdo est locus iste obscurꝰ Iuxta illud Collo
cauit me in obscuris Et Trenc. iij. In tenebris col/
locauit me dn̄s. q̄ppe vbi sunt tenebre exteriores Quā
uis em̄ sit ignis. nō tn̄ nisi forte subobscure ⁊ hoc ad
penā lucet eis Nulla em̄ vis ignis poterit illumina/
re noctē illā horribilē. nec limpide siderū flāme O per
pendat q̄ poterit quāte sit pene i obscuro carcere re
sidere ⁊ lumie celi qd̄ dulce ⁊ delectabile oculis care/
re. Hec tn̄ collatio ē nulla Tertio ē angustissimꝰ
Nā q̄ lata spacia in terra habuerūt illinc non q̄ se di
uertent poterint inuenire Hinc Iob. xv. Terrebit e
um tribulatio ⁊ angustia valde. Hinc scribit Guil.
ꝑisienr̄ Qḻ dānatoꝝ corpa ita iacebūt āgustata quē/
admodū allecia in vase cōpacta Quarto infimꝰ est
⁊ nimis ꝓfundꝰ Ita ꝙ sub oibꝫ deijciūtr̄ q̄ omnibꝫ p̄
suꝑbia in mūdo p̄esse voluerūt Nā introibūt in infe
riora terre ⁊ substantia eoꝝ in inferioribꝫ terre. Et
hinc dr̄ Iob. xvij. In ꝓfundissimū inferni descēdent
Uñ spes euadēdi nūq̄ erit vlla. Postremo ē lo/ E
cus is horribilissimꝰ ⁊ totus horrēdus adhuc ꝑꝑ ali/
as ꝯplures terrēdas cōditiōes quas trāsimꝰ adō ꝙ
solo eiꝰ aspectu vel imaginatiōe merito q̄sq̄ terrore
cōcuti deberet Uñ eiꝰ horribilitatē Iob intuens cla
mauit Iob. x. Dimitte me dn̄e vt plāgā paululū do
lorē meū an̄q̄ vadā ad terram tenebrosam ⁊ oꝑtam
mortis caligine Ubi notatr̄ septuplex pena inferni vt
deducit dominus Anthoninꝰ. Uere ergo horrēdus
locus latū ceni ⁊ stagnū ignis ardētis: cuiꝰ torrentes
sulphur ⁊ pix. cuiꝰ spiraculū turbo ⁊ spūs ꝓcellaruꝫ
terra tenebrosa oꝑta mortis caligine Ubi fletꝰ ⁊ stri/
dor dentiū: Ubi nullꝰ ordo sed oia mala In hūc autē
lacū stulticia tendit. nequicia properat. malicia pre/
cipitat. Ab huius ꝑiculo sapientia reuocat. veritas
reducit. charitas saluat Ut igitur hec amplectamur
et ea que illo ducunt vitemꝰ sepe imaginemur locū
longissimū atq̄ latissimum campū arefactū. incendi
is cōbustum. profundissimis foueis ⁊ angustissimis
puteis plenum qui sulphureis ignibꝫ sunt repleti. v/
bi camini incensi pleni spiritibus malignis. ferocissi/
mis ac venenosissimis brutis bufonibꝫ draconibus.
omniūq̄ serpentiū genere Ubi miseri iacent pecca/
tores. super quos bestie ac edacissimi residēt vermes
qui eos cōstringunt lacerant ⁊ corrodunt. Ceteraq̄
intueamur. Et horum intuitu vereamur vitia fugi/
entes Hec de loco. F

De damnatorū horrenda societate Mē. ij.

n Unc videndū est de damnatorum mala socie/
tate que plurimū grauat tormenta Nam vul/

gare illud dictū in damnatis locū nō habet Solaci/
um est miseris habere socios in penis. imo quo mul
tiplicātur magis eo torquent' vt aiunt magis Qua/
re diues sollicitabatur ne fratres sui eo venirēt Nam
quo in vita aliqui sunt familiari⁹ sibi cōiuncti in viti
is: eo magis se odiunt in tormētis eo ꝙ vn⁹ alteri cā
fuit vel occasio malo exēplo tante damnatiōis Im/
mo oim etiam hic amicissimorū horrenda societas.
verenda est horum qualitas scilicet

Horrendi. reprobi. flent. infirmi. furiosi

Primo timēdi sunt hi socij quia deformes sunt ⁊
nigri adeo ꝙ mutu⁹ aspectus non dolorem minuat.
sed fomentū dat cruciatus Nā de eorū turpitudie an
celmus ait ꝙ quilibet eorum erit ceno ⁊ cadauere fe
tidior ⁊ omni fuligine turpior. Unde sicut de sctis
canitur Fulgebūt iusti ⁊ sancti tui florebunt Ita de
reprobis dānatis dici poterit fm Uincentiū ꝙ fete/
bunt sicut sterquiliniū ⁊ sicut cadauer putridū erūt
Reuera nullus fetor est illorū fetori compabilis Nul
la turpitudo eorū horrori assimilabilis Si enim ig/
nis iste ait Augusti. cū sit formosus omnia que lam
bit deturpat ⁊ denigrat. q̄to magis ignis inferni ita
turpis ⁊ obscur⁹ cuius erunt pabulum sempiternuz
cor deturpat. Erit enim popul⁹ ait Esaias sicꝫ esca
ignis Et facies cōbuste vultus eorū Nam vt ⁊ Johe
lis. ij. ait Omnes vultus redigentur in ollā. Sed et
Naum ait ꝙ facies eorum sicut nigredo olle. Se/
cundo socij infernales reprobi sunt ⁊ nequissimi so/
dales Sunt enim omnes illic infandissimi desuper
terrā aggregati Ibi magni et parui Ibi cetus omīs
malorum. quorū superbia ascendit semꝑ ⁊ in sordi/
bus peccati magis sordescūt Qui sicut sunt superbis
simi ita semꝑ sunt in sūmo discordes. Nam in tan/
ta ait Ancelm⁹ discordia ꝑsistunt ꝙ eorum corpus ⁊
anima semper dissideant. In inuicem quoqꝫ iurgiū
socij habent. Pater filiū maledicit ⁊ filius patrem.
Omni quoqꝫ vitio pleni Tertio sunt iugiter tristes
⁊ omnes desolati. vlulantes ⁊ gementes flentes ⁊ e/
iulantes. Hoc eīn dominus repromisit vbi dr Luc.
vi. Ue vobis diuitibus qui habetis hic cōsolationez
vestram. quia plorabitis ⁊ flebitis vos. Hinc dicit'
Esaie. lxv. Ecce serui mei laudabunt pre exultatione
cordis. ⁊ vos clamabitis pre dolore cordis ⁊ pre con/
tritione spiritus vlulabitis. Sunt eīn hic omēs cau
se luctus vt patet infra plenius. Hinc vnus pa/
trū ad vitam resuscitatus incōsolabiliter plorans di/
cebat se audisse voces innumeras dicentes. Ue mi/
hi ve mihi quia nō fleui. Unde ⁊ Arsenius hortaba
tur Producant inquiens oculi nostri lachrymas ⁊ ꝯ
burant corda nostra hic ne cōburantur in futuro. O
flebile cōsortium. Quarto sunt debiles ⁊ infir/
mi nec se nec alterum iuuare valentes Dicit eīn An/
celmus ꝙ sic imbecillis erit quilibet reproborum vt

nec vermē posset a suis oculis amouere. Si eniꝫ lan
guor temporis ita hominem debilitat vt vix se tue/
tere aut mouere potest. quid nō agit illa infirmitas
